



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

R-1622

R 11

25911

~~52-2.~~

~~S-11~~

J E S U I T A
RITE INSTITUTUS 271.5
P I I S
EXERCITATIONIBUS⁶⁷⁷
S S. P A T R I S
I G N A T I I
D E L O Y O L A.

Auctore

JOSEPHO MARIA

G R A V I N A

Panormitano S. F.

P A R S S E C U N D A

Continens

W E B D O M A D A M I I . I I I . I V .



P A N O R M I M D C C X L V I .

Typis Angeli Felicella.

Superiorum facultate.

H E B D O M A D A
 S E C U N D A
 M E D I T A T I O
 P R I M A

De Timoris Aequilibrio, & Spei.

P R O C E M I U M .



Mensi sumus primam
 Exercitiorum Heb-
 domadam ; ingredi-
 mur secundam . Huic
 temporis angustiz bi-
 duum concedunt . Si
 Exercitia ipsa consulat , secunda
 hæc Hebdomada meditandam pro-
 ponit Christi vitam & privatam
 & Apostolicam , interjectis qua-
 tuor Parabolis ; quibus S. P. ICNA-
 TIUS fructum contendit colligere .
 sibi in hac Hebdomada propositum ,

A 2 que

quæ est *Electio*, vel *Emendatio Vita.*
 Parabolæ prima est de *Regno Christi*, altera de *duobus Vexillis*,
 tertia de *Tribus Hominum Glassibus*,
 quarta de *Tribus Humilitatis Modis*. Quoniam utilissimæ hæ sunt,
 in his unicè immorabimur; vita
 enim Christi reliquo anni tempore
 jam solet esse nostrarum materies
 meditationum, ajente Kempis sub
 initium sui libri de *Imitatione*, mul-
 tis nominibus. *Summum studium*
nostrum esse debere in Vita Christi
meditari. Præsens meditatio erit
 instar *Præparationis ad reliquas tres*
Hebdomadas, quæ in excolendis
 virtutibus versantur, quasque nos
 complexi sumus secunda Libri Par-
 te; ne immodicè Libri moles ex-
 cresceret. Superiores enim Medi-
 tationes potissimum Timorem in-
 spirant, inspirant Spem Meditatio-
 nes reliquæ de Vita Christi priva-
 ta, apostolica, ærumnosa, glorio-
 sa; hinc *Timoris*, & *Spei Aequi-
 librium præparat animum, ut fru-
 stum superiorum Meditationum ri-*

te

te societ cum fructu Meditationum reliquarum . Adde , quod hac ratione facile conciliabis hesternas Meditationes , in speciem maximè diffitas ; matutina enim de *Æternitate ex toto terribilis est* ; suavis ex toto est pomeridiana de *Filio Prodigio* .

Ad *Æquilibrium* autem generatim quod attinet : *Æquilibrium celeberrimum est* hac tempestate vocabulum . *Æquilibrium Regnorum clamitat Politica* , *æquilibrium Momentum Physica* , *æquilibrium Hamorum Medicina* . Ut mittam reliqua , quāmplura de *Gratia* , *æquilibria Theologia* clamitat apud P. Cajetanum Benitez de Lugo Ord. Præd. de *Vera Christi Gratia &c. disp.* 3. dub. 1. Et *æquilibria* sua clamitat Ethica Christiana , quorum præcipuum est , quod nobis præmanibus est , *Timoris* , & *Spei* . Hoc enim tanti interest ; ut de Christiano , in hoc *æquilibrio* constituto , dici possit , quod Nazianzenus ait de Funambulo : *Eius nempe salutem in Æqui-*

librio sitam esse. Et sanè , qui per-
actis Exercitiis pereunt , pereunt
passim vel nimio timore , vel nimia
Spe . Propterea S. IGNATIUS ejusmo-
di Æquilibrium nobis commendat
in Exercitiis, ut mox ostendam . Igi-
tur dicam de hoc æquilibrio , quod
de alio ajebat æquilibrio S. Paulus:
(a) *In præsenti tempore* (quo nullum
aliud ad rem aptius) *fias*
æqualitas Timoris , & Spei .

Patrona .

S. Maria Magdalena de Pazzis
& Societatis Patrona , dum vive-
bat , (b) & Exercitiis addicta ; &
olim adeò exagitata a Spe , & Me-
tu ; ut moriens , sciscitaretur anxia:
An salva futura effet , nec ne ?

PAR-

(a) 2. Cor. 8. 14.

(b) *Apud Juv. Hist. Soc. t. 2. p.*
5. l. 12. n. 51.

PARTITIO.

I.

Timor,
Venia, Peccati, Tartari.

II.

Spes

Largitionis Venia,
Fugæ Peccati, Declinationis Tartari.

III.

Æquilibritas instituenda
triplicis Timoris, ac Spei triplicis.

FRUCTUS CAPIENDUS.

Confugiendum mihi est ad istiusmodi *Æquationem* ita; ut ex Timore sic temperato nascatur cauta solicitude in Dei famulatu; pariter e Spe sic temperata nascatur actuosa hilaritas.

HYPOTYPOSIS.

TRIVIUM mihi representabo: Via dextera solius *Spei* est, quæ definit in præcipitum Temeritatis. Hanc frequentant viciosi

A 4 Ho-

Homines . Sinistra solius *Timoris* , quæ desinit in præcipitum Desper- rationis . Hanc frequentant non pauci e bonis Hominibus . Inter utramque media tertia est , (ubi *Timor* , & *Spes* versantur , arcto juncti fœdere) quæ ad cœlum du cit . Hanc frequentant electi qui- dam Homines . Genius ille cœlestis , qui nos custodit ; in tempore admonet verbis Moysis ad He bræos : (a) *Non declinabitis neque ad dexteram , neque ad sinistram ; sed per viam , quam præcepit Dominus Deus vobis , ambulabitis , ut vivatis , & bene sit vobis .*

P E T I T I O .

D *Educ me , Domine , in via tua ,*
(sola media Domini est ; dex- tera , & sinistra sunt Hostium , & plenæ insidiis) & ingrediar in ve- ritate tua . Lætetur cor meum (spe actuosa) , ut timeat nomen tuum . Ps.
85. 11. LE-

(a) Deut. 32. 33.

L E C T I O .

KEmpis l. i. c. 25. de fervens-
ti Emendatione totius vitæ no-
stræ . Ex Libro Exercitiorum Re-
gulæ de distribuendis eleemosinis , quæ
extant post Regulas de discernen-
dis Spiritibus . Hx Regulæ usui esse
possunt ad danda , si opus est , di-
vitibus consilia hac in re .

P A R S I.

*Timor
Venia, Peccati, Tartari.*

TTimor Veniae spectat præteri-
tam vitam ; timor Peccati fu-
turam ; timor Tartari æternam .
Respice superiores annos . Scimus
peccâisse . *At nescit Homo, utrum
amore, an odio dignus sit?* Eccli. 9.
1. Propterea Tridentinum hæc sta-
tuit Ses. 6. cap. 9: *Quilibet, dum
se ipsum, suamque propriam infir-
mitatem, & indispositionem respicit
de sua gratia formidare, & timere,*

potest; cum nullas scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se Gratiam Dei esse consecutum; & paullò antè eodem in capite docuerat: vanam esse, & ab omni pietate remotam, fiduciam jactantis certitudinem remissionis peccatorum suorum.

Aspice venturos annos. Nemo, ait Richardus Victorinus, (a) in quantilibet virtutum celsitudine debet quicquam de suis viribus presumere. Enimvero haud rara sunt ruinæ ex alto fastigio. Ecce inter Sanctos ejus nemo immutabilis, tremens ajebat Eliphaz apud Jobum cap. 15. 15. Recole, quæ diximus ex Sacchino, & Kempis p. 103. par. 1. In contrariam utique ivit sententiam Origenes; sed ubi ab Ecclesia descivit; hinc scripsit S. Hieronymus (b): Illud Origenis proprium est, esse possibile; cum se quis ad

(a) *De Erud. Ham. Inter. l. 3.*
cap. 6.

(b) *In proœm. Dial. contra Pelag.*

*ad meliora converterit, ad tantam
foresitudinem pervenire, ut ultra
peccare non possit.* Igitur primo ma-
ne agamus Deo gratias, quod præ-
terita nocte non omnia scelera
patraverimus: serotinis tempori-
bus idem repetamus de die trans-
acto.

Denique prospice annos æter-
nos, & time de æterna sorte tua.
*Prudens futuri temporis exitum,
caliginosa nocte premit Deus.* Sed
quid Horatium memoro? Tinnuant
ambæ aures semel, iterum, tertio.
In primis Ecclesiastes initio capititis
soni: *Omnia, ait, in futurum reser-
vantur incerta, viris etiam sanctissi-
mis.* Neque enim, inquit S. Ber-
nardus, (a) sumus nos Apostolo san-
ctiores, qui tamen verebatur, ne for-
tè, cum aliis prædicasset, ipse repro-
bus efficeretur. Denique Tridenti-
nam sic fulminat Sess. 6. can. 16: *Si
quis magnum illud usque in finem*

A 6 Per-

(a) Serm. 3. in ps. *Qui habitat u.*
S. L. 3. op. edit. Maur.

*Perseverantiae donum se certò habi-
turum, absoluta, & infallibili certitu-
dine dixerit, nisi hoc ex speciali re-
velatione didicerit, anathema sit.*

Triplex hic Timor, *Venie, Pec-
cati, Tartari* irruit in animum mo-
rientis P. Aloysii Lanusa (cujus san-
ctitas apud universos Siculos in-
proverbii consuetudinem abiit,
quod in præsenti viget,) cùm ex-
clamat flens, & ejulans: (a) *Valde
timeo. Me miserum!.... Justus es,
Domine!* Prudenter Historicus, ut
præfatos Timores Jesuitis commen-
det, hæc advertit de tanti Viri Ti-
more: *Repentinis animi angoribus
vehementer concutatus, memorabile
edidit cœlestem Judicem metuentis
exemplum; ne mali audеant tam
confidenter de divina Clementia sibi
polliceri: cùm optimi severitatem
interdum pertimuerint, Verum cu-
randum, ut salutariter timeamus,
non desperanter. Ausculta Eccle-
sia-*

(a) *Aguil. Hist. Prov. Sic. p. 2.
cap. II. n. 71.*

sistens cap. 7. 19: *Qui timet Deum, nihil negligit.* Ut igitur **triplex praedictus** Timor salutaris sit, **manum impigram** reddere debet in **negotio** salutis. Ad singulos descendamus hos Timores.

Si *times* salutariter de *Venia*, nihil negligas, ut eam *assequaris* prece, lacrimis, pœnitentiâ, rectè factis; demum verâ pœnitentiâ. Hanc egregiè sic Augustinus describit: (a) *Placabis eum, si speres in misericordia ipsius; atque ita de cætero peccare caveas; ut de præteritis depreceris; ut tibi dimittantur a Domino.* Neque ab his te **officiis** arrebat, quòd incertus sis, an parcat. *Fac* (suscipit alibi S. Augustinus (b)) *incertum esse, utrum ignoscat Deus?* Quid perdit, cùm suppli-
cat Deo, qui salutem perdere non du-
bitavit, cùm offenderet Deum? Tuin
ad

(a) *Enarr. in ps. 146. n. 20. edit. Maur. t. 4.*

(b) *Serm. 351., qui est de Pœnib. n. 11. t. 5. edit. Maur.*

ad hæc hortatur officia incertum;
de *venia* pœnitentem exemplo eo-
rum, qui multa præstant, ut a.
Rege *veniam* consequantur, de
qua incerti sunt, atque concludit:
*Et tamen certiores sunt claves Ec-
clesiae, quæ corda Regum.*

Si times salutariter *Peccatum*,
nihil negligas, ut illud fugias. Et
sanè hæc potissimæ sunt salutaris
Timoris partes; ut arceat animum
a peccatis. *Timorem meum*, ait
Dominus *Jer. 32. 40.*, *dabo in cor-
da eorum*, ut non recedant a me. Hac
de causa terruit Deus Hebræos ad
radices Sinai, teste Moysè, qui eis
affirmavit ea furoris signa edita a
Deo *Ex: 20. 20;* ut terror illius es-
set in vobis, & non peccaretis. Quid?
Cleanthes, ethnicus Philosophus,
incusatus nimii timoris, respondit:
(a) *Se huic Timori debere, quod in
minora incideret errata.* Propterea
scribebat Augustinus (b): *Timor*
cau-

(a) *Apud Plot. in Apoph. Grac.*
(b) *Serm. 213. de Temp. apud Lovan.*

*cautum facit Hominem, & sollicitum, ne peccet; nam ut Idem alibi
(a): Cautio devitat malum, quod debet Sapiens devitare; &, qui timet, cavit.*

Denique si times salutariter *Tartarum*, nihil negligas, ne in eum corruas. Tria huc faciunt monita; primum est S. Petri in epist. 2.c. i: *Fratres satagit, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.* Alterum inculcat Demetriadi item in epistola Hieronymus: *Ibi te maxime oportet observare peccatum, ubi nasci oportet.* Neque te moveat initiorum tenuitas; sensim enim aliquando fit naufragium. Ea re tertio loco adduco Augustinum, hortantem Seleucianam per epistolam etiam, (b) ut minimas vitaret culpas, ne periret. *Quid enim, inquit, interest ad Naufragium, utrum uno grandi fluctu Navis operiatur, an pau-*

la-

(a) Lib. 14. de Civ. c. 8.

(b) Ep. 268. n. 8. apud Maur. t. 2.

*latim subrepens aqua in sentinam;
¶ per negligentiam derelicta , at-
que contempta , impleat navem , at-
que submerget?*

De hoc Salutari Timore , sic temperato , scribebat Ecclesiasticus cap. 22. 37: *Nihil melius est , quām Timor Dei ; nam ejusmodi Timor comitem habet Solicitudinem de pœnitentia peccati , de fuga periculorum , de sanctitate vita ; inimicam etiam habet Desperationem ; morbām nempe , ut loquar verbis Augustini , (a) nīmīum pericolosam , ¶ exitiabilem .*

P A R S II.

*Spes Largitionis Venia ,
Fuga Peccati , Declinationis Tartari .*

Spes triplex æquè , ac proximus triplex Timor , spectat Mortalem vitam vel præteritam , vel futuram ; nec non vitam Immortalem . Respice superiores annos , sexcen-

(a) *Lib. de Nat. & Gr. c. 35.*

centis inquinatos culpis ; *spera veniam* tamen . P. Datius Vespasianus Agliata anxius de venia peccatorum ante datum Societati nomen , visus sibi est stare ante Virginem , ipsi jubentem ; (a) Ut optimo esset animo ; quoniam ex eodie , ex quo Societatis limen attigisset , nullum jam esset superiorum criminum vestigium reliquum . Astabat Sacro P. Andreas Frusius , dum Sacerdos illa legebat : *Omne debitum dimisi tibi* . Cum Frusius , cœlesti perfusus gaudio , sentit ea verba sibi quasi a Deo dicta inter morendum ; quare certa eum subiit Spes venia . Exitus rem probavit : illicet ægrotat graviter ; in crastinum moritur , latissima delibutus Spe venia ; recurrente hesterno illo effato : *Omne debitum dimisi tibi* . (b)

Aspice venturos annos obnoxios omnibus malis ; *spera fugam pec-*

(a) *Aguil. p. 2. Hist. Prov. Sic. c. 12. n. 78.*

(b) *Orland. Hist. Soc. I. 16. n. 90.*

peccati tamen . Quid dubitas ? Fortasse experientiam ipsius tuam didicisti , quam verè scripsiterit , defensens David Ambrosius : Ita facilis redditur in progressu Virtus ; ut difficilius sit male agere , quam bene . Parum est difficilius : immo verò & supra vires , ut ita dicam . Testor castum Josephum , qui quasi impotentiam causatus est , ne peccaret : Quomodo ergo possum hoc malum facere , & peccare in Deum meum ? (a) Sanctorus Munda , singulari innocentia Juvenis , in Collegio Calatahieronensi moriebatur . Timenti hæc insurrit cœlestis Genius : (b) Erige te , quid metuis ? Equidem tibi opem feram . His auditis , posito inetu , latus moritur . Tentationes , pericula , & (quod caput est) temet ipsum times ? Erige te , clamat Deus , clamat Dei Mater , clamat Genius Custos , clamat

(a) Gen. 39. 9.

(b) Aguil. Hist. Prov. Sic. p. I.

e. 12. n. 51.

mat IGNATIUS, quid metuis? Equidem tibi opem feram & viventi, & morienti.

Denique prospice annos aeternos, aut faustos, aut infaustos; spera tamen declinationem ab infaustis; faustorum consecutionem. *Consalvus Mederius, adolescens* (qui deinde primus e Lusitanis nomen Societati dedic) timebat sibi vehementer a Tartareis pœnis. *Consternato Angelus (a)*: *Confide, ait, tu salvus eris. Haec voces semper in auribus resonent nostris, ut spernias Tartari declinationem.* Regebat Collegium Metinæ P. Baltazar Alvarez. (b) Eum ut recrearet Deus in molesto registratu, certiore in facit de ipsius, & subjectorum omnium suorum salute sempiterna. Quid simile nobis persuadeamus de Collegio, in quo nunc versamur.

*Triplex hæc Spes Largitionis
Va-*

(a) *Orlad. Hist. Soc. l. 2. n. 104.*

(b) *In vita c. 23, auct. Ven. P. Lud. de Ponte.*

Veniae, Fugae Peccati, Declinationis.
Tartari ita in animum P. Domini-
ci Bambaræ morientis derivatur; ut
de eo scribat Historicus (a): Na-
turā formidolosus, & mortis, dum
vixit, admodum metuens, miraba-
tur, tantam sibi inesse morienti læ-
titiam animi, quæ ex ore, & oculis
redundaret. Nimirum qui, dum
vivit, seminat in salutari timore,
dum moritur in spe metit salutari
opimos lætitiaæ manipulos. Curan-
dum igitur; ut salutariter speremus,
non audacter. Salutaris autem spes
erit, si firma sit, si profunda, si mi-
nus secura sit.

Esto igitur spes firma primūm
in Promissis Patris. S. Thomas (b):
Debetis, ait, sperare, quia Deus
est fidelis..... Non autem videre-
tur fidelis Deus, si vocaret ad So-
cietatem Filii; & nobis denegaret,
quan-

(a) *Aguil. Hist. Prov. Sic. p. 2.*
c. 8. n. 9.

(b) *Extrema Lett. I. in c. I. ep.*
I. ad Cor.

*quantum in ipso est, ea, per quæ per-
venire ad eum possamus. Unde Jo-
sue 1. dicit: Non te deseram, neque
derelinquam. Deinde in Vulneribus
Filii. Auctor Manualis, (a) ver-
bis S. Bernardi: Tuta & firma re-
quies est, ait, infirmis, & peccatori-
bus in vulneribus Salvatoris. Secu-
rus illic habito: patent mibi viscera
per vulnera: quidquid ex me mibi
deest, usurpo mibi ex visceribus Do-
mini mei Tota spes mea est in
morte Domini mei Meritum
meum, miseratio Domini Lon-
ginus aperuit mibi latus Christi lan-
ceam, & ego intravi, & ibi requiesco
securus. Denique in Amoribus Spi-
ritus Sancti, quos parcendo maximè
manifestat. P. Paulus Franciscus,
vitâ functus, recreat timidam Ma-
tronam morientem, cuius olim ex-
ceperat confessiones, his verbis:
Quid*

(a) *Qui tribuitur Aug. (in cujas
op. t. 6. in App. edit. Maur. extas)
c. 21. 22. 23.*

(a) *Quid ueroris Filia? Miserissimum
fupro quâmo credi potest, babemus
Dominum.* P. Jordanus Cascinus,
& ipse vitâ functus, simili utitur
officio cum Domino Vincentio Do-
minico, Generali Vicario Doriae
Purpurati, cui timenti: (b) *Quid ve-
reris, Vincenti?* ait, *Domino servi-
mus valde bono, atque clementi.*

Præterea Spes, ut salutaris sit,
firma esse debet. Hac de causa
mihi videtur Christus postquam
ter in se receperat P. Petrum Anto-
nium Castellum fore salvum, . . . in
eius corde ea verba insculpsisse: *In
te, Domine, speravi: non confundar
in aeternam* (c). Nimirum eâ scul-
pturâ altius in corde infixit Spem.

Verum & firmitas Spei, & pro-
funditas securitatem sibi non vin-
dicant. Incertum est, utrum peri-
culosius sit, non sperare, quam spe-
rare ita; ut securus vivas? Sub-

la-

(a) *Aguil.* p. 2. *Hist.* c. 8. n. 13.

(b) *Aguil.* ib. c. 6. n. 42.

(c) *Aguil.* ib. c. 9. n. 8.

lata Spe, ait S. Thomas 2. 2. q. 20.
 a. 3. C; *irrefrænatè homines labuntur
 in vitia*, & a bonis operibus re-
 trahuntur: id quod confirmat au-
 toritate S. Isidori dicentis: (a)
*Perpetrare flagitium aliquod mors
 animæ est; sed desperare est descen-
 dere in Infernum.* At ex parte al-
 tera quam periculosa sit Spes secu-
 ra, satis docet antiquorum Patrum
 proverbium ethicum: *Diabolus,
 quos vult perdere, securos facit.*
 Hinc Kempis l. 1. c. 20. n. 3: *Nun-
 quam*, ait, *promittas tibi securita-
 tem in hac vita, quamvis bonus vi-
 dearis Cœnobita.* Et S. Bernardus
 (b) suis ajebat: *Exultate, sed adhuc
 interim cum tremore; Lætos vos es-
 se volo, sed nondum securos; gau-
 dentes in Spiritu Sancto, sed adhuc
 paventes, & caventes a recidivo.*

PARS

(a) *L. 2. de Summo Bono, initio
 cap. 14.*

(b) *Serm. 3. in Ps. Qui habitas,
 n. 4. t. 3. Op. Ed. Mauz.*

*Æquilibritas instituenda
Triplicis Timoris, ac Spei triplicis.*

Timor salutaris , nempe *solicitus* , & *actuosus* , non *desperans* ; salutaris spes , nempe *firma* , & *profunda* , non *secura* facile *sariantur* . Societatem hanc docent , & commendant divini Libri , & Patres Sancti. Ps. 39. 4. *Et timebunt;*
& sperabunt in Domino . Ps. 113. 11. *Qui timent Dominum, speraverunt in Domino.* Prov. 14. 26. *In Timore Domini Fiducia fortitudinis, & Filiis ejus erit Spes.* Ecclesiastici 2. 9. *Qui timetis Dominum, sperate in illum.* Ex Patribus quatuor se-ligo Ecclesiae Doctores .

S. Augustinus (a) : *Sic time Dominum, ait, ut speres in misericordia ejus, ... Vis ab illo fugere? Ad ipsum fuge. Vis fugere ab irato?*

Fu-

(a) Enarr. in ps. 146. n. 20. edit.
Maur. t. 4.

Fuge ad placatum. S. Gr̄gorius: (a) Quamvis enim securitati, ait, Timor semper longè videatur abesse; nobis tamen nihil est securius, quam sub spe semper timere; ne incauta mens, aut desperando, se in vitiis dejiciat, aut, extollendo de donis, ruat. S. Isidorus (b): Incessanter, inquit, in corde tuo Spes, & Formido consistant; pariter sint in te Timor, atque Fiducia; pariter Spes, & Metus. Sic spera Misericordiam, ut Justitiam metuas: sic Spes Misericordiae erigat; ut Metus Gebenna semper affligat. S. Bernardus sermonem VI. in Cantica de hac una intexuit societate. Ostendit autem num. 6., (c) Pedes Domini esse Misericordiam, & Judicium; num. 7. autem contendit, horum pedum in anima a Christo impressa vestigia esse Spem, & Timorem; hinc suadet,

Pars II. B

(a) Lib. 30. Mor. c. 27. n. 83.
s. 1. op. edit. Maur.

(b) Lib. 2. Synonym. c. 5.

(c) Edit. Maur. s. 4. Op.

det, ut anima semper sit secus po-
des Domini, modò unum, modò al-
terum complectendo, & his con-
cludit verbis Sermonem: *Proinde,*
mogistrā iustūctus experientiā, non
Judicium iam solum, aut solam
Misericordiam, sed Misericordiam pa-
riter. *Et Judicium cavitabō tibi, Domi-*
ne. Dignum etiam ad rem est, ut
legatur S. Bonaventuræ l. 4. Phare-
træ caput 45; quod est de Connexione
Virtutum, ubi agit de Timore, &
Spe.

His informatum Oraculis, & Te-
timoniis Tridentinum Concilium
auctor est Christianis, ut in hac
Timoris, & Spei vicissitudine, ver-
tentur. *Dnus quisque ait (a), sicut*
Misericordiam, & Bonitatem, ita Sa-
veritatem, & Judicium ante oculos
habere debet: qui sunt duo peren-
nes Spei, Timorisque fontes. Atta-
men parum est sociare Spem, &
Timorem; nisi ficies ita tanquam

(a) *Sess. vi cap. 16.*

ex acuto , & gravi tono ; ut *Cœlesis* inde *Concentus* coalescat .
 Enimvero sic vocabat acutè S. Fran-
 ciscus Salesius istiusmodi Spei , ac
 Timoris societatem . Atque (ut al-
 legoriam nostram de *Æquilibrio*
resumamus) sic Spes , & Timor so-
 ciandi sunt ; ut tanquam ex æqua-
 libus ponderum momentis erum-
 pat *Æquilibritas* . Hanc , ante-
 quam exponam , præmoneo ranti
 a Christo factam , ut in se videa-
 tur exhibuisse , quo loco , & die
 Salutis nostræ negotium faustissi-
 mè confecit in *Cruce* . Huc videa-
 tur Ecclesia alludere , ubi de Je-
 su in *Crucem acto canit* : *Statera*
facta corporis . Hinc enim , qui sal-
 vus fit Latro , objectu misericordiæ
 spem fovet ; hinc , qui perit Col-
 lega criminum , repræsentatione
Justitiæ , Timorem elicit . Qui in-
 ter hos mediis Christus moritur
 alterum Paradiſo donans : puniens
 alterum Tartaro , Spem cum Timo-
 re non sociat modò , sed æquat ;
 ut aspectu etiam Christi morientis

discamus inter Spem, & Metum sa-
lutem nostram operari.

Jam verò triplex considero in
re nostra Aequilibrium; primum in
perpetuo vitæ cursu; alterum in
periculosa temptationum pugna;
tertium in diverso peccati statu;
ut ad amissum huc cadat versicu-
lus XXIX. capit. XXXIII. Jobi: *Hæc
omnia operatur Deus tribus vici-
bus per singulos.* Hunc enim locum
interpretans S. Gregorius, (a) docet:
has tres vices tria esse æquilibria,
Spei, & Timoris modis alternantia,
nempe *Conversationem*, quæ vitæ cur-
sum importat; *Tentationem*, quæ fo-
nat pugnam desperationis, & teme-
ritatis; *Morte*, quæ potissimum
respectu animi consideratur in Pec-
cato, sive jam patratum sit; sive pro-
pe sit, ut patretur.

Igitur totâ vitâ sperandum unâ
est, & timendum; æquatis Spei, Ti-
morisque ponderibus. Hæc secutus
dogmata, P. Nicolaus Ursus Novi-

(a) L. 24. Mor. c. 14. n. 25. edis. Maur.

tio suo , de æternâ salutē änxio : (a) Quid de nobis , ait , post fatum futurum sit , nec scire possumus , nec debemus . In hac dubitationis navi fluctuamus omnes : nunquid tu conditionem aut communem recusas , aut meliorem , quam ceteri , affectas ? Salutis negotium Divinæ Clementiæ est committendum . Sperandum est , ac metuendum iis dumtaxat finibus , quos Virtus inter temeritatem , atque vecordiam præscribit . Illud tamen hac in re recreare nos debet maxime ; quod passim tam molestam vitæ fluctuationem tranquilla mors consequi solet in portu Spei , omni abacto Timore . Januarius Duchus , Adolescens noster , uti narrat Historicus , (b) In perpetua vixit cura dolendi peccata , quæ puer admiserat . Ea cura cum supremis diebus ad anxiū usque pavorem aggravesceret , Natali sanctissimæ Dei

B 3 Ma-

(a) Aguil. p. 2. Hist. Prov. Sic. c. 8. n. 25.

(b) Sacch. p. 4. Hist. Soc. I. 8. n. 74.

Matris, ubi sacrosanctum Christi corpus suscepit, vocem interiorem audivit, jubentem bene sperare: quidquid admisisset, esse condonatum. Sed mirum in modum recreatus, Confessario confirmavit: nihil sed de Venia dubitare. Ecce tranquilla mors in unius portu spei, juxta ac promisit Deus: (a) In Timore Dominus esto tota die: quia habebis Spem in novissimo.

Est & altera aequilibritas Timoris, & Spei, urgente vel desperatione, vel temeritate: primam arcebit Spes, arcebit secundam Timor. Quoniam autem istiusmodi tentationes eò spectant; ut Conscientiam reddant vel Strictiorem, vel Laxiorem, quam par est, magno virtutum damno, hinc opportunitum hic est consilium S. P. IGNATII (b): Ut anima progredi valeat in via spirituali, ad illius partis op-

(a) Prov. 23. 17. 18.

(b) Adnot. 5. de Scrup. dignoscendis.

oppositum tendat, necesse est, in quam inimicus tentat pertrahere: ut, si laxiorem iste conscientiam facere adnitatur; faciat illa strictiorem; aut relaxet contraria, si Daemon nimium velit restringere. Sic enim continget, vitatis extremæ utriusque partis periculis, animam ipsam in Medio quodam quieto, & seculo statu, jugiter manere. Physici autem per assimilem Stationem in Medio quodam quieto definitæ æquilibrium ipsorum suum. Proximo autem coniunctio suffragatur & Philosophia, & Theologia: adeò sapiens illud est. Ex Philosophi enim sententia: (a) In moribus via deveniendi ad Medium est aliqualiter procedere ultra Medium versus Extremum; eo sane modo, quo, si velis bacillum incurvatum corrigere, in contrariam illud inflectis partem; ut vis repressa rectum efficiat. Theolo-

(a) L. 2. Eth. apud Scotum in 2. dist. 33. Scholio 2., s. Ad primum, t. 6. parte 3. Edit. Lugd. A. 1639.

gia autem, duce Bonaventura (a) hæc docet: *Cavenda est Conscientia*: *nimis larga, & nimis stricta; nam pri-*
ma generat Præsumptionem, secunda:
Desperationem. Item prima dicit sæpe:
Malum bonum; secunda e contra:
Bonum malum. Item prima sæpe
salvat damnandum; secunda e con-
tra damnat salvandum.

Restat tertia Æquilibritas Ti-
 moris, & Spei respectu Peccati.
 Res hæc sagacitatem postulat, mi-
 nus obviam. Capiunt, ait Augu-
 stinus, (b) timent, terantur & Boni,
 & Mali: sed illi bene, isti male, si-
 cut hominibus seu recta, seu perver-
 sa voluntas est. Sed in quo situs est
 bonus, & malus usus Timoris, &
 Spei? Opportuna similitudine rem
 explico. Ita vita est Hominum, (il-
 le Terentianus ajebat, (c)) quasi
 cùm ludas tesseris. Qui verò tesseris

(a) Comp. Theol. Ver. I. 2. c. 53.
 1:5. Op. edit. Rom. A: 1596.

(b) L. 14. de Civ. c. 8. n. 3. Ed. Maur.

(c) Att. 4. Adelph. Sc. 7.

Iudunt, parem habent earum numerum, occupantium similes lineas, æqualibus incedentium itineribus. At invitis tanta tesserarum parilitate, tanta linearum similitudine, tanta itinerum æqualitate, Lusorum alter causâ cadit, vincit alter. Cur, quæso? Quia ille male, hic bene utitur tessellis, lineis, itineribus. Similiter in re nostra; & malis, & bonis Timor inest, ac Spes. Tamen illi, horum ductu, pereunt; eorundem institutione, hi salvi fiunt. Qua de causa? Quia illi male, hi bene Timore utuntur, & Spe. Pergo: In quonam situs est bonus, vel malus usus tessera- rum? In eo, quod diversum in modum collocentur: si male colloces, causâ cades; vinces, si bene colloces. Pariter in negotio salutis, si male colloces Timorem, & Spem, peribis profectò; salvus eris e contrario, si bene colloces. Mali collocant Spem ante peccatum; propterea faciliter, & animosè peccant. Timorem collocant post pec-

B. 15. f. 2. v. 1. ca-

catum; propterea persepe, & obstinate desperant. Esse tibi mala collocatio, malus usus. Contrà, Boni collocant Timorem ante peccatum; propterea folicite, & accuratè umbram etiam peccati formidant; Spem verò collocant post peccatum; propterea prompte, & fidenter ad pœnitentiam confutgiunt. Ecce tibi bona collocatio, bonus usus.

Hunc usum, collocationem hanc Christianis commendabat Iohannes Ep. 1. c. 2.n.1; & 2: *Hæc scribo vobis, aiebat; ut non peccatis.* (ut vides, collocat Timorem ante peccatum, ne peccent) Sed & si quis peccaverit, *Advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum iustum.* Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ut vides, collocat spem post peccatum; ut hujus Peccantem subiecto pœniteat. Huc aludebat S. Gregorius illâ clausulâ (a): *Spes igitur Presumptionis nostre habeat merum Timori.*

(a) *Lib. 33. Mor. c. 12. n. 23.*

*Timoris ; ut ad corrigenda peccata
Justitia Iudicantis terreat (Timor
ante peccatum peccatum arcet ,
etiam illud , cui assuevisti) quem
ad fiduciam veniae Gratia parentis
invitat . Seilicet Spes post pecca-
tum illecebra est ad delendum
peccatum .*

Video hac in re ubetiorē
fluxisse stylum : at mihi fluxit , fa-
teor , neque invito , nec impruden-
ti . Puto enim , auctoritatis , racio-
nis , experientiæ ductu , in hac Ti-
moris , & Spei justa temperatione
sitam esse sanctitatem , & salutem ,
quò collineant Exercitia . Quare ,
ut finis hujus Meditationis suo con-
sonet principio , Proœmio , & Hypo-
typosi , eam claudam verbis Alci-
mi Avitī , licet ab Auctore in aliud
propositum derivatis : (a) *Refræ-
nandam a prærupto ancipiti , lævam
fugiens , dexteram non præsumens ;*

B 6 ac

(a) Ep. 2. ad Gundobadum Regem
apud Sirmondum t. 2. edit. Regiæ
Paris. col. 9.

ac perinde latas utramque formidans,
sub temperamenti medio via tutior.

E X E M P L U M .

Quando, (ut mea fert opinio) fructus, quem ab Exercitiis capturi sumus, in hac Meditatione, tanquam in cardine versatur; & omnis Meditatio in tertia sui parte, nempe in æquilibitate triplicis Timoris, triplicis Spei; ut, quæ de hac dicebam, altius in animum descendant, & firmius hæreant, placet ea confirmare non uno, sed triplici gravissimo Exemplo; non domestico solum, sed externo etiam. Primum exhibit Mortalis quidem, sed sanctissimus, sed doctrinæ laudibus abundans, sed Pontifex Maximus, S. Gregorius; alterum dilapsus quidam e Superiorum choro, Michaël Folius, dum viveret, ex ordine nostro; tertium Deus ipse. Habet unumquodque magnam erudititionem, tempestivam fane; sed eam, quæ in idem recidit; & mirum in modum congruit, convenitque de-

cre;

cretis , a nobis expositis in tertia
Meditationis parte .

Ad primum quod spectat : Nobilissima Matrona , *Gregoria* nomine , quæ a cubiculo Imperatrici erat quamplurimis epistolis per quan-
dam quasi importunitatem a Gre-
gorio Magno , tunc temporis P. M. , enixè expostulârat ; ut ipsam cer-
tiorem faceret de suis ipsius certò
expiatis sceleribus , atque adeò de
certo statu consequendæ sempiter-
næ felicitatis . Huic petitioni respon-
det Sanctissimus Pontifex : (a) *Rem*
difficilem etiam, & inutilem postulasti.
Difficilem quidem, quia ego indignus
sum, cui revelatio fieri debeat. Inu-
tilem vero, quia secura de peccatis
tuis fieri non debes, nisi cum jam
in die vitæ tuæ ultimo plangere ea-
dem peccata minimè valebis. Quæ
dies, quoduscunque veniat, semper suspe-
cta,

(a) In novo ordine Registri , a Mau-
rinis concinnato , extat hæc ep. l. 7. In-
dict. XV. ordine epistolarum 25. in an-
tiq. Reg. l. 6. Ind. XV. c. 186. ep. 22.

Eta, semper trepida mettere culpas debes; atque eas quotidianis fletibus lavare..... Adbuc timet (Paulus) quod jam ad cœlum dicitur , & jam timere non vult , quod adhuc in terra conversatur ? Perpende , dulcissima Filia , quia Mater negligentia solet esse securitas . Habero ergo in hac vita non debes securitatem , per quam negligens reddaris .

Secundum Exemplum refert Aguilera : (a) Pridie Nonas Januarii a. 1572. Panormi Adolescens vitam clausit, Michaël Folius, Romanus, magna opinione probitatis, temperantiae, atque innocentiae, nihilominus Animus ejus, (quæ Dei sunt alta, atque secreta Judicia) annum integrum piaculari flamma est cruciatus ; nam initio anni 1573. uni ex Fratribus , condiscipulis, se consciendum præbuit, eiq; Ut vales Michael? roganti : Non amplius, respondebit, ea torqueor igne, quo ad hunc diem ussus

(a) I. P. Hist. Prov. Sic. ad ann. 1572. c. 8. n. 17.

ustus sum. Sed ille urget: Quo loco jam sunt res tuae? Michaël ad hæc: Quæ Dei clementia est, salutem, & gloriam apud Superos sum consecutus. Tum Frater tertium, simplici quadam pervicacia percontatur: Numquid me istius aliquando glorie participem es habiturus? Cui Michaël: Quid quæris, inquit, Frater? Unus hæc novit Deus. Tu tamen (quod tuum est) rectam, emendatamque vitam institue, atque in Societate perdura. Reliqua Deo committas; tibi fare persuadeas; ut per Deum nunquam steterit, quominus æternam Felicitatem assequare. Quæcum dixisset, videri desit, & Fratrem in perfectioris vitæ proposito confirmatum reliquit.

Tertium Exemplum legimus c. 25. l. 1. de Imitatione Christi; quod caput est: De ferventi Emendatione totius vitæ nostræ: Cum quidam (fortasse ipse Thomas Kempis, qui hæc ibi narrat a n. 2.) anxius inter metum, & spem frequenter fluctuaret, & quadam vice mærore

con-

confectus in Ecclesia ante quoddam Altare se in oratione prostravisset; huc intra se revolvit, dicens: *O si scirem, quod adhuc perseverasurus essem!* Statimque audivit divinum iactus responsum: *Quid, si hoc scires, facere velles?* *Fac nunc, quod tunc facere velles;* & bene securus eris. Monque consolatus, & confortatus, divina se commisit voluntati, & cessavit anxia fluctuatio: Noluitque curiosè investigare, ut sciret, quæ sibi essent futura: sed magis studiis inquirere, quæ esse voluntas Dei beneplacens, & perfecta ad omnino opus bonum inchoandum, & perficiendum. *Spera in Deo,* & fac beatitudinem, (ait Propheta) & inhabita terram, & pasceris in divitiis ejus.

Multa in paucis angustemus: nempe utilia ad æquilibrium statuendum nostrum documenta ex his tribus responsis Mortalis sanctissimi, Animi beatissimi, Dei ipius. Ex primo discessi, vetitam, & perniciosa securitatem; præceptum, & utilem timorem, quo ad hu-

hujas lucis usurâ fruemur: ex se-
cundo due tibi persuadeas, Deo
cordi esse salutem tuam; ac tibi
operibus premeretiam sanctissi-
mis; ex tertio denique consecutu-
rum æquilibrium, fluctuationem
animi cessaturam; si animum, spe-
elatum, deprimat sollicitus Timor;
& eundem, timore abjectum, cri-
gat actuosa Spes, certo & salutari
temperamento, quo Spes cum Ti-
more, cum Spe Timor, æquentur
accuratissime.

INDUSTRIA NONA

*Laxitas in observatione Regularum;
& Conscientia minimè timorata.*

DEFINITIO

Regula (a) dicta est èò, quod
rectè dicit: nec aliquando alior-
sum trahit. Alii dixerunt Regulam
dictam, vel quod regat, vel quod
Nor-

(a) C. Regula dist. 3.

*Normam recte vivendā praebeat, vel
quædā distortam, præsumque corrigat.
Nemirūm, ut formulā scholæ utat:
Regularum alia Directīas sūnt, Ma-
dicinalis alia. Prime accēso, altera
expellunt morbos. Ut rāsque in-
unam definitionem sic colligavit Ci-
cero, dicens (a): *Lex est recti præ-
ceptio, pravique de�ulsiō.* Et S. Ber-
nardus: (b) *Transiendū est nobis in-
duo universitudo obseruatio Regu-
laris, in Præcepto uidelicet, & Remo-
dia. Præceptis instituitur vita contra
peccatum; Remediis restituuntur peccatum
peccatum. Innocentia... In Regula ne-
peritur non solum bona vita instrutio,
sed etiam amendmentio prava.* Jam vero
*Laxitas in obseruatione Regularum
est earundem violatio ex consuetudine,
& negligētia, (sive mānis denique
contemptione) non ex infirmitate
mora, errore, & subrepitione, ut
ajunt, mora. Conscientia minimè ti-**

mo-

(a) 2. *De Nat. Deor.*

(b) *In L. de Præcept. & Dispens.
c. 13. n. 32. Edit. Maxx. l. 2.*

43

morata est , quæ facili negotio , & pene sine ullo animi morbi labitur in venialia : contrà verò ait ibidem S. Bernardus (a) : Perfecti quique magna se discretionis subtilitate conspicunt , ne ad deteriora unquam vel in opere , vel in cogitatione dilabantur .

C A U S E .

Prima esse solet in eo positum ; quod non sanctis , sed politici regamur decretis : *Nos implebatur Lex (a Judæis) vicio prudentia carnis :* ait Augustinus . (b) Secunda est Negligentia : quæ ex S. Bernardi sententia (c) est quidam *Languor inertiae* ; aliquando enim , ne quicunque laboris suscipiatur , propter hoc *lascivitatem est lex* , ut utar formulæ Habacuc c. i. v. 4 Tertia esse solet Superbia ; & tunc non violantur leges sine contemptu ; *Legum autem con-*

(a) Ib c. 16. n. 43. ex S. Greg. sententia.

(b) L. de Sp. , & Lit. c. 19.

(c) Ib. c. 8. n. 18.

*contemptus gravitas exaggerat peccatum, quam sola negligētia; ut ibidem probat S. Bernardus solido cap. 8., ubi eum definit: Superbiae tumorem, quo nihil perniciens esse potest. Quidam enim ideo Regularum tenaces minime sunt; quia ipsis videntur minusculæ, de quibus viri graves non carent. At nos dicamus de Republica nostra, quod de sua A. Claudius Crassus: (a) *Parva sunt bæ;* sed parva ista non contemnendo, Majores nostri maximam hanc R̄eḡ ficerunt. Quarta est Consuetudo. Nicolaus Pontifex: *Mala Consuetudo, ait,* (b) (*quæ non minas, quam perniciosa corruptela vitanda est,*) nisi citius radicitus evellatur, in Privilegorum jus ab improbis assurmitur; & incipiunt prævaricationes, & variae præsumptiones, celerrimè non*

(a) *Apud Liv. Decade 1.l.6.c.41.*

(b) *In ep. ad Hincmarum R̄bemensem, quæ incipit. Ep. Beatitudis tux C. Mala dist. 8.*

non compressæ , pro legibus venerari,
et privilegiorum more perpetuo ce-
lebrari .

PERICULA.

Tria enumerat Aquaviva . Pri-
mum : *Nisi quis , ait , caveat ferid
ab hac tepiditate , videat , ne cadat
in profundum . Solet enim ista Deo
vomitum provocare , ut ostendam
parte I. Meditationis IV . Secundum .
Si in graviora non cadant , Domi-
no miserante ; tamen nihil præcla-
rum ad Dei Gloriam , nihil ad Pro-
ximorum utilitatem , vel Societatis
ædificationem ab iis posse expectari .
Tertium saltem periculum est agen-
di vitam valde miseram , et intole-
rabilem . Primum probat , multa
indicando ex operibus Cassiani ;
tertium ex S. Bernardi ; secundum
autem nullo modo probat ; proba-
tur enim satis superque experien-
tiâ ipsâ inter nos etiam . Quar-
tum est magna Meritorum jactura .
S. Bernardus : *Si solis contenti estis ,**

ait ,

Digitized by Google

curati

aci estis

ait ,

ait, (a) præceptis, & traditionibus
impositæ Legis, & non sponle etiam
perfectionis vos consiliis, & suasio-
nibus mancipatis, liberi quidem es si
a debito, pon tamen pro merito glo-
riosi. Evasisti Pœnam, sed non ac-
quisisti Coronam. Cæterum: & dif-
ficile est evadere Pœnam, specta-
râ acediâ, periculo peccandi, con-
temptu, concupiscentiâ, naturâ vi-
ri Religiosi, & cæteris, qui fontes
sunt gravium etiam peccatorum in
hac laxitate. Quintum spectat So-
cietatem universam. Juvencius, in-
dicatâ duplii causâ laxitatis ejus-
modi olim in Lusitania, ob ni-
miam P. Simonis Roderici leni-
tatem, & ob nimiam P. Jacobi Mi-
ronis severitatem, subdit n. 9. §. 3.
l. 11: Cæterum, quia laxata semel
disciplina difficile adstringitur, &
mores paululum lassi ruunt in dete-
rius; gliscebat sensim in Lusitania
Legum nostrarum oblivio. Deinde
narrat hanc labem in Hispaniam
per

(a) Ib. c. 15. n. 42.

pervasisse diuturniori, & graviori
malo.

REMEDIAS

Primum erit consilium S. Ber-
nardi, (a) eratum ex sui Ordinis
Regula VIII: *Nihil agat Monachus,*
nisi quod communis Monasterii Regu-
la, vel majorum cobortantur Exem-
pla. Secundum est frequens ex-
amen de hac laxitate. Tertium, in
animum inducere, quod vel Li-
vius docet (b): *Ex parvis saepe ma-*
gnarum momenta rerum pendunt;
hinc diligentior ero in custodiendis
minusculis Legibus. Quartum, legas
apud Sacchinum adhortationem ad
Leges servandas nostras p. 4. l. 2.
n. 3. Quintum, spectandi sunt Ve-
terani nostri, qui in servanda disciplinâ tironibus non cedunt. Sex-
tum, præscriptas domesticâ disciplinâ quotidianarum actionum statas

vi-

(a) *Ib. c. 16. n. 47.*

(b) *Dec. 3. l. 7. de Sicilia c. 9.*

vices; atque horas solidas non mutare; quod in P. Sacchino celebratur totâ ejus vitâ. (a) Septimum, alienus s̄is a Dispensatione, si necessitatem grandem excipias, & misericordiam caritatem, auctor tibi est S. Bernardus (b). Octavum, abhorreas à Privilegiis. Ubi enim (ut advertit Sacchinus p. 2. l. 2. n. 64.) in communi vita exceptio-nes vulgantur, & singulare quip-piam irrepit, Communitas illico perit: querimoniae, dissidia, male-~~aviles~~ invadunt.



(a) P. Petrus Poffinus in præf.

8. I. p. 5.

(b) Ib. c. 2., & alibi.

MEDITATIO

SECUNDA

De Regno Christi.

Quisque Hominum servire
Deo debet , & sequi Chri-
stum ; ad serviendum Deo
nos animat prima Exer-
citiorum Hebdomada ; ad sequen-
dum Christum nos inflammat se-
cunda . Sapiens Architectus IGNA-
TIUS fundamentum ponit primæ
Hebdomadæ in Meditatione *de Ul-*
timo Hominis Fine , Deo ; cui ne-
cessariò serviendum est propterea
fundamentum item ponit secundæ
Hebdomadæ in Meditatione *de Re-*
gno Christi ; qui seständus est pro-
pterea . Enimvero & jura Ultimi Fi-
nis necessariò postulant servitutem ,
& jura Naturalis Regis necessariò
postulant sequelam . Igitur quem-
admodum prima jura semper ha-
benda sunt præ oculis , præseruit

C

in

in prima Hebdomada ; ita secunda jura habenda suat præ oculis, præsertim in hac secunda.

Patronus.

Sanctus Franciscus Xaverius ; maxima Exercitiorum præda ; qui Christi Regnum amplificavit, ut nihil suprà.

P A R T I O.

I.

*Christi Regis Consilia,
de recuperando Regno.*

II.

*Christi Regis Precepta,
pro capessendo Bello.*

III.

*Christi Regis Infortunia,
in committendo Prælio.*

F R U C T U S C A P I E N D U S.

Hic a S. IGNATIO ipso indicatur extrema hac Meditatio-ne;

ne; ut nempe huic Regi respondeat quisque in hunc fere modum: En, o Rex supreme, ac Domine Universorum, tuā ego, licet indignissimus, fatus tamen gratiā, & ope, me tibi penitus offero, meaque omnia, tuæ subjicio voluntati; attestans coram infinita Bonitate tua, nec non in conspectu gloriose Virginis, Matris tuæ, totiusque Curiæ cœlestis, hunc esse animum meum, hoc desiderium, hoc certissimum decretum; ut (dummodo in maiorem laudis tuæ, & obsequii mei proventum cedat) quam possim, proximè te sequar, & imiter in ferendis injuriis, & adversis omnibus cum vera tum Spiritus, tum etiam rerum paupertate. Sed hoc responsum re ipsa firmiter: Secundum gratiam firma sit Promissio. ad Rom. 4. 16.

HYPOTYPOSIS.

HÆc suppeditatur in ipso primo præludio hujus Meditationis; ut spectare nos imaginemar-

*Synagogas, Villas, & Oppida, quæ
prædicans Christus pertransibat, &
sic de aliis locis.*

P E T I T I O .

I Bidem monemur in præludio secundo; ut petamus a Deo, ne obsurdescamus, vocante nos Christo; sed ad sequendum, ac obtemperandum prompti simus.

L E C T I O .

K Empis (quem apertè in hac Meditatione auctor est, ut legas, S. Parens IGNATIUS) l. 3. c. 56. *Quod nos abnegare, & Christum imitari debemus per Crucem.* Ex lib. Exercitorum legantur prolegomena ad Electionem faciendam (quæ invenies in hac Hebdomada) nempe *Præludium, & Introductio ad Electionem ritè insituendam:* quæ discutiuntur a Dicotorio a c. 22. per quatuor solidæ capita : tanti momenti hæc Elecio

Etio est , quæ nobis non est Electio
ad vitæ statum eligendum , sed ad
perficiendum , quem (quæ Dei vo-
cantis fuit largitas) elegimus .

P A R S I.

Christi Regis Consilia ; de recuperando Regno.

PRUDENS Rex , recuperaturus
Regnum suum , triplicem agit
conventum ; in quo aperit myster-
rium consilii sui (a) Primus dicitur:
Intimus , & Conscientiae ; alter : *Po-
liticus , & Magnatum* ; tertius : *Mi-
litaris , & Ducum* . In primo quasi
secum rem considerat , uno ad consi-
lium Deo adhibito : in secundo Re-
gni Proceres adhibet : in tertio rem
agit cum Principibus Militiæ . Pro-
portione Deus , recuperaturus Re-
gnum Hominum , quod , peccante
Adamo , perdididerat ; in primis se-
cum ipso quasi negotium agitat ,

statuitque, ut æternum Filius, Hominem indutus, in Mundum se inferat, hostes debellatur & doctrina, & exemplo. Conventum hunc figuratum habemus apud Isaiam c. 6. 8: *Quem mittam?* (verba Patris sunt) & *quis ibit nobis?* (verba sunt Trinitatis) *Ecce! Ego* (respondet Verbum) *mitte me.* Res ex voto cessit. *Abiit in Regionem longinquam accipere sibi regnum,* & *reverti.* *Luc. 19. 12.*
 Audi iam Christum ipsum de sua hac expeditione, de bello, de victoria, de recuperato Regno loquentem sic (a): *Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. Si autem fortior eo superveniens, vicerit eum,* univerfa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuet. *Qui non est Mecum, contra Me est;* & *qui non colligit Mecum, dispergit.*

San-

(a) *Luc. 11. 21. 22. 23.*

Sancito decreto de mittendo
Verbo in Mundum, cogit conven-
tum *Procerum*; scilicet cœlestium
Geniorum, consilium aperit, &
decretum. Hic tertia pars rebellis
pœnas dat; reliquos fideles eum
in finem distribuit in Regna, in
Provincias, in Republicas, in Fa-
milias, in Homines singulos, tam-
quam Legatos suos; ut negotium
urgeant arcana dexteritate de
Christi Regno recuperando: Ie,
ait, *Angeli veloci*, ad gentem
***convulsam*, & dilaceratam: ad po-**
populum terribilem, post quem non est
alius: ad gentem expectantem, &
conculcatam; cuius diripuerunt flu-
mina terram ejus. Omnes habitato-
res Orbis, qui moramini in terra,
cum elevatum signum in montibus,
videbitis; & clangorem tubæ audie-
tis. (a) Mirum, quantum privata
hæc, sed universalis, Legatio pro-
fuit Regno Dei recuperando!

C 4 Cùm

(a) *Isai.* 18. 2. 3.

Cùm tandem Imperator Christus tertium Militarem congressum instituit cum copiolis suis Apostolorum , & Discipulorum . Proh quem exitum habuit hæc congresio ! In omnem terram exivit sonus Eorum ; & in fines Orbis terre verba Eorum .(a) Ubique gentium triumphat Christus ; ubique terrarum adoratur Deus ; ubique locorum cœlestis vexilla Regis propo-nuntur ; deinceps scribuntur novi Exercitus ; succentur iantur antiqui.

Duobus autem ab hinc sœcu-lis , cùm hostes Regni Dei ingruerent , grasserentur , debaccharen-tur ; novo per B. IGNATIUM sub-sidio militantem Ecclesiam roborat Deus ; quemadmodum ipsa Eccle-sia universa , grati animi sensu , e sacris aris clamat , recurrente invi-eti ducis IGNATII festo die . Igi-tur Deus nos Apostolos novissimos ostendit ; tamquam morti destinatos ; quia

(a) Ps. 13. 5. ad Rom. 10. 18.

quia spectaculum facti sumus Mun-
do, & Angelis, & Hominibus i.
Cor. 4. 9. Omnia in nostro ordi-
ne recuperandum Christi Regnum
clamant, militare Nomen, cœle-
ste Jesu Stemma, Apostolicum Mu-
nus. Conscius Dei consilii ejus Vi-
carius, Marcellus II., ajebat IGNATI-
O (a): *Tu Milites collige, & Bel-
latores instrue; nos utemur;* tam-
quam supremus divinorum Exerci-
tuum Moderator in terris; eidem-
que significabat, se optare Jesui-
tas singulos *inspicere, & quasi.*
suas Copias, ac Milites recensere

Et sanè hoc Dei consilium fau-
stissimè cessit. De primis Militibus
Societatis dici potest, quod de
primis Parentibus Populi electi: (b)
Cum essent numero brevi paucissimi,
& incolæ ejus, & pertransierunt de
Gente in Gentem, & de Regno ad Po-
pulum alterum. Ut autem sequamur
consilium Salomonis: (Prov. 27. 2.)

(a) *Orland. p. 1. l. 15. n. 3.*

(b) *Pf. 104. 12. 13.*

*Laudet te alienus , & non ostuum;
 extraneus , & non labia tua , indu-
 cam apprime doctum cæteroqui vi-
 rum , & celebrem hac tempestate
 inter eruditos quamplures , & ex-
 traneum , ex inclito nempe Prædi-
 catorum Ordine , R. P. Natalem
 Alexandri . Hic de nobis scripta
 reliquit , quæ & erga Scriptorem ,
 & erga Ordinem suum non medio-
 crem a nobis postulant gratum ani-
 mum . Ad rem igitur præsentem :
*Sanctissimam , inquit , (a) Societatem ad
 gloriam Dei , utilitatem Ecclesiæ ,
 Fidei propagationem , ac defensionem ,
 Christianæ juventutis institutionem ,
 Pietatis restorationem conditam , ...
 Hæresibus grassantibus Deus ,
 velut firmissimum quoddam Catholi-
 cæ Fidei , ac Ecclesiæ propugnacu-
 lum , objecit . Ab his Societatis
 Viris sanctissimis , quos verè novis-
 simos Apostolos dixerimus , Christia-
 na Religio ad Indos Orientales , fa-**

po-

(a) T. 8. Hist. Eccl. ad sec. XVI.
sub numero XIV.

ponios, *Aethiopes*, *Congitanos*, *Sinas*, aliasque *Gentes remotissimas illata*, & propagata est. Martyres plurimos Cœlo dedit, Confessores sanctissimos peperit, . . . quorum memoria solenni ritu ab Ecclesia consecrata est, aliosque sacris fastis dignos. Virorum, in omni disciplinæ genere doctissimorum, e sinu suo ingentem numerum in hanc usque diem profudit Statim, ut in ea Societate coli Deus cœpit, invidiam fortita est; sed invidiam superior, instar Ecclesiæ, etiam persecutionibus crevit; instar Arcæ tribulationum aquis in sublime evetta, & ad eum gloriæ, ac felicitatis apicem promota, quem ejus meritis, ac laboribus pro Dei gloria, pro salute proximorum, pro Hæresum impugnatione, Fideique defensione, pro Literarum, ac Pietatis propagatione, conservatione, promotione, ac reliquis Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanae utilitatibus Dominus rependit.

Verum quando ad Socios loquor, ipsos testor ad fidem rei

C 6 huic

huic faciendam. Illud in primis igitur hæreat animo ; quod in primis commendatum voluit S. Franciscus Xaverius P. Gaspari Barzæo : (a) *Memor Societatis Jesu membrum te esse, cara in omnibus factis, dictisque tuis ; ut tali Capite, & Corpore dignus existas.* Hujus rei meminerat V.P. Franciscus Perez Godojus, unus e quadraginta Martyribus Brasiliensibus , duce V. Azevedio, cùm in illa tot Sociorum clade, sic triumphi comites animabat : (b) *Eja, Fratres, non degeneremus a præcelsis cogitationibus Filiorum Dei :* id quod Tiro didicerat a P. Baltasare Alvarez , suo in ponendo Tirocinio Moderatore. Usurpemus etiam frequenter verba Senecæ (c) : *Magnō animo nos non unius Urbis mœnibus clausimus ; sed in totius Orbis commercium emisimus ; patriamque nobis*

(a) Orl. p. 1. l. 12. n. 11.

(b) Ann. dier. Memor. ad diem 15.

Jul.

(c) *De Tranquillitate Animi* c. 3.

bis Mundum professi sumus ; ut liceat Virtuti campum dare : id quod adeò nobis commendat Dux noster IGNATIUS pluries (a) ; ut idonei simus ad universum Christi Regnum ex toto recuperandum .

P A R S II.

Christi Regis Præcepta pro capeſſendo Bello.

Præcepta , quibus Duces instituit suos Christus Rex , scripta legimus capite X. Matthæi , & capite X. Lucæ : in eo informantur Apostoli , in hoc Discipuli ad bella , ad prælia . Ea autem omnia ad tres revocantur Virtutes , ad *Magnanimitatem* , ad *Fortitudinem* , ad *Prudentiam* . Egregia virtus est prima , ad eam enim spectat *magnum habere animum* (b) . Secunda au-

(a) Ex c. 4. §. 35. p. 3. c. 2. lit. G. p. 4. Proœm. A; p. 7. c. 1. §. 1. E, §. 2. H.

(b) S. Th. 2. 2. q. 129. a. 3. arg. sed contra.

autem principalior est virtus ; quam Magnanimitas (a). Præstat superioribus tertia . (b) Magnanimitas docet, humana omnia , grandia licet , contemnere . Aristoteles l. 4. Eth. c. 3 : *Magnanimus* , ait , *nihil existimat magnum* ; & Tullius l. 1. de Off: *Magnus animus* , inquit , *in externarum rerum despicientia commendatur* . Fortitudo docet ardua quæque vel subire , vel pati . Hinc dicitur Virtus propria Militis in Bello . (c) Prudentia docet externos homines , nobis noxios , cave-re : & hac potissimum de causa dici potest Prudentia necessaria ad bene vivendum : homini enim cum Homine , etiam externo , vivendum passim est . Enimvero , si expendas ea duo capita Matthæi , & Lucæ , videbis , ea extoto collineare ad inculcandam humanarum rerum despicientiam , facinorum

ar-

(a) S. Tb. 2. 2. q. 47. a. 6. ad 3.

(b) Idem 3. p. q. 85. a. 3. ad 4.

(c) Idem 2. 2. q. 58. a. 2. ad 3.

arduorum susceptionem , familiari-
tatum deviationem : his enim præ-
fidiis opus est ei maximè , qui bel-
la gerit Christi , qui prælia miscet
cum Hostibus mundi Amatoribus ,
Virtutis Infectatoribus , infidiarum
Structoribus .

In primis ergo necessaria est
Magnanimitas , quæ Christi Militi
suadeat rebus omnibus nuncium
remittere . Humana omnia abdi-
canda sunt . Abdicanda sunt nego-
tia , nostro muneri minus idonea .
Nemo , militans Deo , ait S. Paulus
(a) *implicat se negotiis sæcularibus ; ut*
ei placeat , cui se probavit . Abdicandi
Parentes sunt . Deus Eliseo concedit ,
ut Parentes invisat : (b) Christus ve-
rò vel sepeliendi Parentes faculta-
tem denegat suis : (c) adeò præ-
stat nova Christi militia antiquæ
illi , quamvis sanctæ . Abdican-
da Patria est . Aliquot abhinc
an-

(a) 2. ad Tim. 2. 4.

(b) 3. Reg. 19. 20.

(c) Matth. 8. 22.

annis detectus novus est morbus
 (quem *Morbum Patriæ* vocant) in
 eo situs, quod quis Patriam distans,
 amore Patriæ sensim tabescat. (a)
 Vel inter Milites Christi regnat hic
 morbus. Abdicandæ sunt volupta-
 tis cuiuslibet illecebræ. P. Antonius
 Ruisius (b) divinitus didicit: *Pau-*
pertatis perfectorum Hominum emi-
nentiam in eo consistere; ut quis sen-
sualibus deliciis, etiam licitis, cor-
pus, & animum privet. Quid mul-
 ta? *Omnis autem, qui in agone con-*
tendit, ab omnibus se abstinet; & illi
quidem, ut corruptibilem coronam
occipiant: nos autem incorruptam (c)
a Rege Christo, qui dum instat præ-
cepto, præcurrit exemplo.

At jam *Fortitudo* ad se advo-
 cat meditationem nostram. Forti-
 tudinis duæ sunt partes; & ut ardua
 aggrediaris, & ut patiaris fortia;
 se-

(a) *Apud Trivult. epb. ad ann.*
1715. pag. 1248.

(b) *Del Tecto Hist. Parag. l. 12. c. 4.*

(c) *1. ad Cor. 9. 25.*

secunda autem hæc pars longè primam superat, ut multis probat S. Thomas. (a) In primis igitur sestaturo Regem Christum ardua aggredienda sunt. De septem Sociis, qui Peruanam Societati Provinciam fundârunt, legimus (b): *Vbi ferebat usus, omnes tentabant omnia; aper-tissimo documento, ad egregia facta non multum obesse paucitatem Hominum, ubi multa sit Virtus.* Nec minùs strenue fortia patienda sunt, quām aggredienda sunt ardua. *Signata tamen, ajebat S. Paulus,* (c) *Apostolatus mi-facta sunt super vos in omni patien-tia.* Eadem ubique Gentium repe-tere potest Societas Jesu, ut vide-re est apud P. Matthiam Tanner in libro inscripto: *Societas Jesu us-que ad sanguinem, & vitæ profusio-nem militans in quatuor Orbis par-tibus,* & apud PP. Philippum Ale-gambe, & Joannem Nadasi in alio,

non

(a) 2. 2. q. 123. a. 1.

(b) Sacch. p. 3. l. 4. n. 326.

(c) 2. Cor. 12. 15.

non minus spisso & operoſo volu-
mine ſub hoc titulo: *Mortes Illu-
ſtres Jesuſtarum ſive in odium Fi-
dei, ſive alterius virtutis.* Venio
ad externos. Quoniam autem hi
plures ſunt, ſatis ſit nobis unus, Rev.
Abb. Silvester Maurolicus, qui (a)
magnificè admodum ſcribit de Or-
dine noſtro, & fuſiori ſtylo. Ad
rem praefentem pag. 419.: *Quid
dicam, inquit, de iis (Jefuitis), qui
pro Fidei Christianæ, ſanaque do-
ctrina ſanguinem largè fuderunt;
tinxerunt Oceanum; litora, campos-
que rigarunt; patibula, & tribuna-
lia madefecerunt, contemptis torto-
ribus, lanienis, atque ipſo tartaro?
& jam fulgent in caelo luculentiss.,
quam præclariores Adamantes, &
velut Stellæ resplendent. Nimirum
Filii Sanctorum Atletarum ſumus,
quos ad fortia quæque exantlanda
Majorum Virtus invicta & invit-
at, & extimulat.*

At-

(a) *L. 5. Hist. Sacrae, inscriptæ:
Mare Oceanum omnium Relig. Mun.
di ap. 401.*

Atque hoc loco aperienda est
 quorundam sive fraus, sive cæci-
 tas, qui Cruces longinquas, quan-
 vis maximas, ardenter sitiunt;
 proximas verò, quamvis minimas,
 impatienter abigunt. Egregiè hos
 carpit Historicus noster, Juvencius
 hunc in modum: (a) Multum fallit
 eos ratio, qui Japonum scrobes, &
 incendia; lanienas Canadensium;
 crudos Afrorum rictus; patibula de-
 nique mera crepant: iidemque quoti-
 dianis Crucibus impares, turpiter in
 minimis rebus profligantur, & con-
 cidunt.

Verum tanta hæc Fortitudo cui
 inniti debet, ut firma sit? In Rege
 JESU, in Duce IGNATIO. Hac de-
 causa Jesus suis ajebat: Luc. 10. 3:
*Ite: ecce ego (in quo speretis) mit-
 to vos.* Item promittit Apostolis
 Matth. 10. 19. promptas suppeditias
 Spiritus Sancti, ubi ipsis peroran-
 da sit causa Regni sui ante Reges,
 & Præfides. Denique semel, ite-
 rum,

(a) L. 14. Hist. Soc. n. 30.

rum , ac tertio Ib. v. 26. 28. 31. timorem ab eis abstergit promissione patrocinii , & remunerationis . Ad IGNATIUM quod attinet : Orlandinus Ei (quem præsentem Majores illi nostri habebant mente , & cogitatione) tribuit maximam illum Fortitudinem , prima Societatis ætate ; nam *Vel ipso absente* IGNATIO , ait , (a) periude omnia ab ejus gerebantur alumnis , ac si es präfens adesset .

Prudentiam denique in Familiaritatum devitatione commendat Christus : primùm in *Itineribus* . Nam , Nominem , ait , per viam salutaveritis . Hanc cautionem attigimus Parte I. , *Meditatione* 3. pag. 87. deinde in familiari consuetudine . nam *Cavete autem* , ait , ab Hominibus . S. Thomas in Catena in C. x. Lucæ ex Beda : *Descripto* autem , inquit , diverse domus hospitio , quidjam in civitatibus agere debeant , docet : piis scilicet in omnibus com-
mu-

(a) *Orland. L. 3. n. 39.*

municare ; ab impiorum verò per omnia societate secerni . Horrenda duo exempla apud Sacchinum (a) invenies turpis defectionis a Societate P. Francisci Dionysii, Rectoris Goæ, & P. Lazari Lopii , concionatoris Cocini, unicè ex eo , quòd uterque in consuetudinem extenorū Hominum sese effusius derint ; nobis documento , ut caueamus ab Hominibus . Duo etiam Sociorum effata huc bellè cadunt . P. Joannes Fernandez , interrogatus de molestis turbis , quæ in Hispania Societatis domesticam vexabant & pacem , & famam , respondit : (b) Illas inde ortas esse , quòd frequentiùs nostri cum Hominibus ; rariùs cum Deo versarentur . P. Jacobus Dominicus dicitabat : (c) Ad Viros Principes faciles , & jucundos aditus non aliter conservari posse ,

(a) P. 4. l. 6. n. 237.

(b) Juvenc. l. 16. n. 26. §. Divis.

(c) Aguil. p. 2. c. 5. n. 123

posse , quām si eorum familiaritas , & consiliorum communio vitaretur . Denique in domibus . Nam Nolite, ait , transire de domo in domum : quo monito cautos suos faciebat , ne vel prætextu hospitii domos alienas concursarent . Columella : (a) Villicus enim , inquit , (quod ait Cato) Ambulator esse (idest , vagari huc illuc per otium) non debet ; nec egredi terminos ; nisi ut addiscat aliquam culturam , & hoc si ita in vicino est ; ut citè remeare possit . Nos Dominicæ vineæ Villici sumus : non bene conveniunt & Villicus , & Ambulator .

P A R S III.

Christi Regis Infortunia in committendo Prælio.

Difficile est invenire in utraque Historia sacra , & profana Regem æquè infelicem , vitio Mi-

(a) *L. I. de Re Rust. c. 8.*

Militum, in committendis prœliis atque Christus sit; in eo præterim, quod ejus Militum mira paucitas est; multitudo incredibilis numeretur sub Adversarii Vexillis. P. Petrus Antonius Castelli vidit (a) quo die, quinto Nonas Maij repertæ Crucis memoria colitur, in Cælum sublatus, Michaëlem, cœlestis militiae Principem, qui tanquam summus Imperator Vexillum Crucis attollebat: cum paucis ipse sequebatur. Vedit & Orci Principem, cuius feralia signa quamplurimi magnō agmine stipabant. Verūm de unis nostri hujus Regis infortuniis loquar vel in sua electa Societate. Tria in ea patitur infortunia, quod Militum plures desertores sunt; fortasse non pauci desides; & quidam formidolosi.

De Desertoribus ut incipiam: ecquis crederet, tot Candidatos Societatis, ubi post diuturna vota eam asssecuti sunt, levibus de causis

(a) Aguil. p. 2. c. 9. n. 12.

sis ejus signis terga vertere? Ut jure Societas , & multò magis Jesus ipse , Rex , & Pater , queri sic possit : Isai. 1. 2. *Audite Cœli , & cœribus percipe Terra Filios enutrivi , & exalteavi ; ipsi autem spreverunt me ; legit Hæbreus : Ipsi contra me rebellarunt . Præterea : (a) Quos educavi , & enutrivi , Inimicus meus consumpsit eos . P. Petrus Codacius e contrario adeò Societati erat addictus ; ut ipse interdum S. P. IGNATIUS dixerit : (b) Ne verberibus quidem , si vellemus , possemus domo Codacium pellere . Scilicet præclarè intelligebat , quanti valeret sub Jesu militare . Insignis ille Martyr in Anglia , P. Robertus Southwello , adeò in Societatem afficiebatur ; ut sibi dictaret , exiliens præ gaudio : (c) Quem tandem esse decet , qui tanto fruari*

bo.

(a) *Jerem. extremo cap. 2. Tbr.*

(b) *Orland. l. 9. n. 8.*

(c) *Juvenc. l. 13. n. 8.*

bono! Hos imitabor; Filios illos degeneres execrabor.

Ut autem amorem in Societatem exsuscites, si fortè in te sit emortuus, vide, unde veneris? vide, quò veneris? *E Sæculo. In Religionem.* *Protarchus* fortunatos dixit lapides, e quibus aræ extrectæ essent; quod bonore afficerentur; cùm alii ejusdem generis pedibus conculcarentur. (a) Et nos, & consanguinei nostri ex eadem excisi rupe sumus, nempe ex eadem familia, eosdem etiam sortiti Parentes: tamen nos Fortunati lapides sumus, lapides Sanctuarii, lapides electi ad ædificandum domum Domini; illi verò lapides viarum sunt, lapides etiam fortasse offensionis. Proh quale discrimen, uni tribuendum præcipuo Dei in nos præ illis amor! Fortasse caligaverunt oculi, nec, licet jam veteranus, licet emeritus, vides, quæ Juvenis olim vi-

Pars II. D di-

(a) *Apud Arist. c. 7. l. 2. Phys. 8. 59.*

disti, vel candidatus nostræ Militiæ, vel novellus Tiro. Si fortè hac cæcitate laboras, pete a Rege tuo: *Domine, ut videam, quo sanè modo videbam puer, vel adolescens.* *Si Senex,* ait Aristoteles, (a) acciperet oculum Juvenis, videres, ut *ofuvenis;* qui modò attritus est non tam annis, quam corpore.

Attamen quid prodest in Societate vivere, & constanter vivere, si Jesuitam non agas in Societate, amore in honestæ quietis instar Jonæ? Avertat Deus, ne istiusmodi *Jesuitæ desides* cumulent infortunia Christi vel in sua Societate ad capessendum bellum. Avertat Deus, ne de Jesuitis dicendum sit, quod non sine rubore, commiseratione, & lacrimis de Sacerdotibus legimus: *Ecce, ait S. Gregorius, (b) Mandus Sacerdotibus plenus est; sed samen in meffe Dei ratius valde invenitur operator;* quia offi-

(a) *I. de Anima c. 10. l. 65.*

(b) *Hom. 17. in Evang.*

officium quidem Sacerdotale suscipimus, sed opus officii non implemus. S. Chrysostomus (a) : Multi Sacerdotes, inquit, & pauci Sacerdotes; multi nomine, pauci opere.... Malus Sacerdos de Sacerdotio suo crimem acquirit, non dignitatem Sacerdotes omnes docent, sed non omnes faciunt, quod docent.... Rabbi vocari volunt, non esse; nomen appetunt, & officium negligunt. At majores nostri secus opinabantur, operabantur secus. P. Dominicus Bambara : (b) Nihil strenuo Societatis Milite tam alienum putabat, quam aliquando cessare. Orlandinus de Societate novella in Gallia hæc scribit: (c) In Gallia, quamquam pusilla illa quidem erat; haud tamen pusillos in ea fructus tulit. Nimirum tunc pauci Jesuitæ, & multi Jesuitæ: pauci numero, multi

D 2 ope-

(a) Hom. 43. in c. 23. Maub.
t. 2. edit. Paris. P. Ducæi.

(b) Agath. p. 2. c. 8. n. 9.

(c) L. 3. n. 38.

opere , strenui nempe Societatis Milites . Magna Mater MARIA , comitibus P. Petro Fabro , & P. Francisco Strada , Joanni Nunnio (qui deinde sanctissimus fuit Aethiopiæ Patriarcha) ut ad Societatem duceret : *Vis , inquit , (a) servi*
Filio meo usque ad defatigationem ?
 Annuenti Joanni : *Sequere ergo , ait Virgo , vos Viros . Eadem petitio-*
 ne nos urget Virgo , & annuentibus nobis sequendos proponit Ma-
 jores nostros , capitales desidiaz
 hostes .

Suppetat , eorum virtutem adeò ubique gentium invaluisse , ut vel Hæreticorum oculos perstrinxerit ; & laudes exquisitas vel ab ipsis extorserit . Testis sit insignis Hæreticus , doctrina , nobilitate , munere egregius in Anglia Bacco Baro de Verulamio . Hic de nostro Or-
 dine scribere hæc minime dubita.

vit;

(a) *Apud Nadasí Anno dier. Mem.*
ad diem 20. Decembris.

vit: (a) Quæ nobilissima pars pri-
scæ disciplinæ revocata est aliquate-
nus, quasi postliminio in Jesuitarum
Collegiis: quorum cùm intueor in-
dustriam, solertiamque tam in Do-
ctrina excolenda, quam in moribus
informandis illud occurrit Agesilai
de Pharnabazo: Talis cùm sis, uti-
nam nos ter effes! Vota hæc impia-
detestamur, laudes exhibuimus tan-
quam pigritiæ stimulos.

Deplorandum denique esset
Christi infortunium, si in Societa-
te quosdam ex iis haberet, quos
formidolosos non patitur militare
sub signis suis. Hinc dixit Domi-
nus ad Gedeon.... (b) Loquere ad
populum, & canelis audientibus præ-
dica: qui formidolosus, & timidus
est, revertatur. Mirum! E XXXII.
Millibus, XXII. millia domos re-
petunt suas, du&tu formidinis.
Quid? Cùm Deus hanc Legem con-

D 3 tra

(a) L. I. de Dign; & Augm. Scien:.
col. 11. Ed. Francofurt. a. 1662.

(b) Jud. 7. 2. 3.

tra formidolosos Milites primū
fancivit; hanc Legis subdidit cau-
sam: (a) *Ne pavere faciat corda
Fratrum suorum, sicut ipse timore
perterritus est.* Hos meticuloſos, ac
peſtiferos Milites infelicis Christi
increpat, excitatque Paulus his ver-
bis: (b) *Jesuſ, ut ſanctificaret per
ſuum Sanguinem Populum, extra
portam paſſus eſt.* Exeamus igitur
ad eum extra caſtra, improprium
Christi portantes. Christi impropo-
rium Crux eſt, Legimus de Sinis:
(c) *Principem in erirem locum eſſe,
eos ſatuere, ... ubi plus eſt periculi.*
Sectatores Christi principem in
Ordine ſuo locum eſſe ſatuere de-
beat, ubi plus eſt periculi, ſub-
eundi amore Christi.

Hæ ſunt non modò Jesuitæ par-
tes, ſed Christiani cuiuslibet, vel a
prima ætate. Rem exptico inſigni-
do-

(a) *Deut. 20. 8.*

(b) *Ad Heb. 12. 12. 13.*

(c) *Juvenc. Hift. Soc. L. 15. n.
57. §. Acinaces.*

documento S. Thomæ , de *Sacramento Confirmationis* differentis hunc in modum : (a) *Convenienter signatur Chrismate* (in Confirmatione Christianus) *signo Crucis in fronte propter duo* : primò quidem , quia *insignitur signo Crucis* ; sicut Miles signo *Ducis* , quod quidem debet esse evidens , & manifestum . *Inter omnia autem loca corporis maximè frons manifesta est* , quæ quasi nunquam obtegitur Secundo , quia aliquis impeditur a libera confessione nominis Christi propter duo , scilicet propter Timorem , & propter Verecundiam : utriusque autem horum signum maximè manifestatur in fronte ; ut neque propter Timorem , neque propter Erubescientiam nomen Christi confiteri prætermittat . Tamen adhuc laborabit tam in honesto timore Jesuita , tam imprudenti verecundia ? Istiusmodi defectionem , desidiam , metum , quæ hactenus non sine stomacho sum meditatus , vehementer horrebo . D 4 EXEM-

(a) 3·p· q· 72· a· 9· C.

E X E M P L U M .

Non ultimus est. P. Michaël a. Fontibus, noster, inter eos, quos Christus, Rex noster, comites delegit ad suum recuperandum Regnum, ad capessendum Bellum, ad committendum Prælium. Tamen opus fuit totâ Christi patientiâ in sibi conciliando Michaële semel, atque iterum, ac tertio; licet morram in sequendo Christo, & inconstantiam compensârit deinde virtute, digna comite Christi, in puppa, & in acie non in Europa modò, sed in America ad quamplures annos.

Cùm Adolescens vocantem Christum ad Societatis castra non audiret, vel audire dissimularet, illectus licentia juvenili, accidit, ut, transacta per ludum nocte, inerraret aliquando per urbem; tunc audire visus est vocem, minaciter inclamantem: Quà pergis, miser? Quà te is perditum? Ac primò quidem

dem neglexit, sed iterum minitan-
tem audiens, dirigit, obortisque
lachrimis, in vicinum Magnæ Ma-
tris sacellum confugit; ubi noctem
reliquam excubans, in Virginis
sanctissimæ fidem, & clientelam to-
tum se contulit. Mox ad vitam pro
virtutis veræ norma componendam
aggressus, ut ad propositam sibi
expeditionem se compararet, non
satis habuit mutare mentem, ac mo-
res, nisi mutationem hanc in eo-
rum figeret oculis, quibus offend-
sionis aliquid, solutiore vita, ob-
tulisset; & Christo Regi eos sub-
jectos reconciliaret exemplo, quos
exemplo, sed longè alio, a Christo
abalienārat. Se demum suaque om-
nia illi permisit, gravi admonitus
periculo molaris saxi, quo, di-
vulso e vitioso pariete, obterendus
erat, si gradum promovisset: tum
enim verò, sublatis in cœlum oculis,
*Do manus, inquit, o Deus; & quod
vocas, sequor.* Nec distulit expete-
re Societatem, in eamque venit
anno 1559., cum ipse alterum &
vicefimo ageret. D 5 Est

Est hæc Naturæ mortalis imbecillitas , ac labes ; ut in rebus arduis capessendis tarda , in prosequendis parùm sibi constans , ac firma sit . Christi jugum Michaël noster latus , alacerque subjerat : refixit ille paulatim ardor ; contentio prima relanguit . Proh quot , & quam obvia Christi Regis cum suis infortunia ! At cessanti sic divina Bonitas stimulos addidit . Elisabethæ Texeræ (quæ Virgo erat sanctitatis famâ non vulgari Gaudiæ , ubi Michaël tirocinium ponebat) se videndum Christus obtulit , prægravem humeris Crucem attollens . Adesse videbantur tres e Societate Novitii , quorum unus , immane Crucis pondus impigre complexus , Servatorem parte oneris levabat ; alter eam digitulo tangebat inolliter ; tertius astabat procul spectator inutilis . Ad Virginem ductus est forte Michaël a Magistro Novitiorum , qui Virginem confessionibus erat . Hæc , ut Juvenem aspexit , nunquam antea cognitum ,

. copia

compellavit nomine ; mox : *Ecquid*,
ait, *Crucem Christi tantum horres?*
ac deinde, quid vidisset, exposuit.
Agnovit se in hac imagine Novi-
tius, & erubuit : illosque repetiit
animos, quos habuerat, cum pri-
mum se Christo Regi dederat So-
cium belli, & certaminis ; idque
constanter.

A Moderatoribus primus a...
1567. in Peruvium mittitur ; ubi Chri-
sti Regnum in illis Americæ am-
plissimis Provinciis incredibilem in
modum viginti solidos annos dila-
tavit. In Europam ex America re-
vocatus ob negotia gravissima ,
quæ unum Christi Regnum , & sa-
crum Bellum , & fortia illa Prælia
pro Christo spectabant . Iis confe-
atis , in Peruvium , (quò votis om-
nibus ferebatur) cum regressum
interclusisset effeta jam ætas , sic
in Aragonia constitit ; ut locum
mutatum dices , non laborem in
recuperando Christi Regno , magna
etiam ex parte amissio vel inter Ca-
tholicos , non inter Barbaros mo-

dò , dignus propterea, qui vivus a Virgine, a Christo, a Cœlitibus certior fieret de sua futura Beatitudine . Et vix ejus animus e corporis vinculis liberatur , cùm a Superis, & præsertim ab IGNATIO excipitur ; & a Virgine Coronâ redimitur, dignâ tanto Christi sectatore in recuperando Christi Regno. Item insignem in Beatorum Regno nactus est locum . Quæ omnia multi divinitus cognovere . (a) Imagines Heroum in Areopago hac inscriptione ornabantur : *Eritis sicut nos , si fueritis sicut nos.* Alterum tantum nobis dicunt cœlestes Jesuitæ , invicti olim Christi Regni recuperatores .

IN-

(a) *Juvenc. p. 5. 1. poster. l. 24.
§. 49. n. 71. , G. 72.*

INDUSTRIA DECIMA

*Imaginatio Infirmitatum ;
Adspirare ad Quietem ,
Recusare Ministeria.*

DEFINITIO:

HÆc *Imaginatio* in eo sita est, quòd morbis te laborares credas, quibus careas; & ea præstare non posse, quæ potes. Hujus falsæ opinionis occulta causa esse solet arcanus *Amor Quietis*, effectus est *Recusatio Munerum*, quibus fungi deberemus ex Obedientiæ, vel Legis præscriptione. Fortasse nullibi magis ad vivum expressos, & atrocius reprehensos hos ægrotos ementitos, fictitios, personatos invenies, quām apud S. Bernardum in *Apologia ad Guillelmum Abbatem.* (a) Qui pudor, si Mode-

ra-

(a) Opusc. 5. t. 2. Op. edit. Maur. Paris. c. 9.

ratores nostri consulere deberent, nostrum causâ, Galeni librum sub hoc titulo: *Quomodo deprehendere oportet eos, qui ægrotare se fingunt?* Ibidem S. Bernardus lèpidè ait n. 22: *Delicata nimis Medicina est, priùs alligari, quād vulnerari; membrum non percussum plangere; & nondum suscep-
to iētu, admoveare manum; fovere unguento, ubi non dolet; emplastum adhibere, ubi cæsura non est.* Quam sui Ordinis vicem dolet sic: *Cur ad-
buc vivo videre ad id devenisse Ordi-
nem nostrum, ... cajus Sancti Incuba-
tes extiterunt?*

C A U S E.

Prima ex S. Bernardo l. c. est *Cura Luxuriantis Carnis: Qui au-
tem sunt Christi, carnem suam cru-
cifixerunt cum viis, & concipi-
scientiis, ait Paulus (a), & quād
longè abhorrent ab his ineptiis
dignis theatro, sed Religiosis In-*

iti-

(a) *Ad Gal. 5. 24.*

stitutis vehementer noxiis . Hinc de his Sanctus Bernardus n. 23: *Rideendas*, ait, *an lugendas dixerim hujusmodi ineptias?* Secunda est, ut vidimus, studium Quietis, & Otii. Hinc sic eos increpat ibidem S. Bernardus: *Quid hoc ignaviae est, o boni Milites? Sociis in sanguine, & cæde versantibus, aliis nocte & die, cura pervigili, festinantibus redimere tempus, quoniam dies mali sunt; vos e contrario, & longas noctes dormitando consumitis, & dies fabulando ducitis otiosos?* Tertium est vitium in humoribus, vel in mente; *Fuerunt enim, ait, hic Aquaviva n. 7. Patres maturi, pii, & graves, qui hujusmodi morbo laborarunt; qui postea, credentes Medicis, sola obedientia curati sunt.*

P E R I C U L A .

Primum est, ne genio dum indulges, hostis te opprimat. Hinc ibidein S. Bernardus: *Qui obtentum mor-*

morbi, delicate vescitur, ait, non quidem corporis infirmantis ruinas reficeret pro incommodo, sed carnis luxuriantis curam perficere in desiderio.
Et subdit: Rogo, quæ est hæc securitas inter frendentium undique boflium fulgurantes hastas, & circumvolantia spicula, tanquam finito jam bello, & triumphato Adversario, projicere arma, & aut prandiis incubare longioribus; aut nudum molli volutari in lectulo? Secundum est, ne noceas veris ægrotis; de quibus quis suspicetur assimilem simulationem; licet moneat Aquaviva, Moderatores, ne id facile suspicentur; sed diurna dissimulatione, & caritate, & suavitate utantur; hinc concludit hanc Industriam sic: *Hæ sunt Infirmitates humanae, tolerandæ patienter, & curandæ suaviter.*

R E M E D I A:

Primum acutum est, quod suggerit Aquaviva erga illos, qui liben-

benter vivat in aliqua Urbe, vel Collegio; ut carentur cali mutatione; tunc, inquit, Medici urgeant magis loci mutationem, & forte statim dicit: se melius habere, ubi est; & incipiet aliquid facere, ne cogatur, inde discedere, ubi libenter habitat. Secunda est fiducia convalescendi in Deo, non in Medicis. Hinc Deus reprehendit Regem Asam, qui ægrotavit.... dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsivit Dominum, sed magis in Medicorum arte confisus est. (a) Huc spectat animadversio P. Orlandini: (b) Fit interdam, ait, id divinitus; ut, qui Dei causâ se ipsi negligunt, & animo, & corpore rectius valeant.

Tertium est Obedientia erga Medicum. P. Joannes Peralta usque eò ejusmodi obedientiam coluit, ut, cum Medicus aliquando super quodam remedio sententiam ipsius exquireret

(a) 2. Paral. 16. 12.

(b) L. 14. 2. 82.

ret (aliqua enim Medicinæ artis nôrat) responderit : *Tu verò arbitratu tuo ; nam mibi quidem obedi-re potius est , quam valere . (a)*
Quartum , fidendum vel Obedien-tiæ miraculis . Jubet Moderator ,
divinitus afflatus , P. Vincentio Ro-dericio ; ut ex multis , diuturnisque morbis , quibus conflictatus fue-rat , Obedientiæ nomine , convalescat . Mirum dictu ! Morbus illi-co Patris cessit imperio ; & restitu-tus æger , idoneisque auctus viribus , ad sua munera , laboresque se retu-lit (b) P. Bernardus Colnagus vi-ribus extenuatus adeò ; ut pro-pediem decessurus videretur ; coa-ciones ex Obedientia aggreditur : cùm in ipso labore , paulatim , & brevi ex toto convalescit . (c) Quin-tum , proponam mihi ante oculos Socios , & Majores ab hoc Morbo maxi-mè diffitos ; id quod præstat

l.c.

(a) *Sacch. t. 1. p. 7. l. 8. n. 174.*(b) *Orland. l. 11. n. 79.*(c) *Aguil. p. 1. c. 18. n. 8.*

I. c. S. Bernardus. Multa offert ad rem Historia nostræ familiæ egregia exempla: unum exhibebo. P. Josephus Scammacca obesus, cibi, ac somni appetens, nunquam quicquam gustavit, a communi mensa alienum; nunquam, ne in summis quidem laboribus, cubandi mensuram est prætergressus (a). Concludam cum S. Bernardo ad similem comparativam iudicationem: *Heu me miserum, qualemcumque Monachum!*



ME-

(a) Agust. p. 2. c. 3. n. 17.

M E D I T A T I O

T E R T I A

De duobus Vexillis,
ꝝ

De tribus Hominum Classibus.

P R O C E M I U M .

Superiori Meditatione exposita sunt jura *Christi Regis*, ut eum sequamur, ductu quodam Naturæ; in Meditatione præsenti exponuntur suavitæ quædam *Christi Ducis* invitamenta, ut ejus militiæ vel nomen demus, vel studium acriùs impendamus, sponte nostra: id quod delicatiorem postulat virtutem. Meditationem hanc P. Bartoli (a) *Divinam* appellat, & *Benemeritam de Religiosis Familias, quibus insignes lucrata est Viros.*

Sed

(a) *In Vita S. IGNATII l. 3. n. 16. p. 37.*

Sed potissimum optimè mérētur hæc
 Meditatio de Societate nostra, quam
 in ea fuisse adumbrata n ferunt a
 MARIA IGNATIO , & datum illi mi-
 litare Societatis JESU nomen , (a)
 quasi sit Ordo noster *Societas Ve-*
xilli Christi, præcipua quadam
 electione . Ea re S. Theresia non se-
 mel testatur : Se *Jesuitas in cœlo*
vidisse , alba *Vexilla* ferentes . (b)
 Ea re Societas a gravissimis Viris,
 eisque externis , nuncupata palam
 est : *Bellatrix Legio*, tot *insignita Du-*
cibus, quo *Militibus*; (c) & *IGNA-*
TII Agmen egregium , quod in con-
 fertissimas populis nationes , dum
Idolorum spectra subduxit , *Vexilla*
Crucis induxit , intulitque (d) . Im-
 mo

(a) *Apud Orlando l. 2. Hist.*
Soc. m. 62.

(b) *Apud P. Christoph. Gomez in*
Eleg. Soc. p. 1. cl. 7. n. 89. pag. 245.

(c) *Ib. p. 2. cl. 10. n. 56.*

(d) *Ib. n. 78.*

mo. vñrò etiam dicta est : *Vexillum
Christiane Militie.* (a)

In hac Meditatione externi Homines, deliberant de nuncio remittendo vel factioai dæmonii , vel etiam creatis omnibus rebus ; nobis autem deliverandum est de eligenda perfectissima vita ratione in Societate JESU . Verum , quoniam id superius est præstitum , serio hinc agendum de sequendo Christo palam : id quod tantum indicatur est extrema tertia Parte proximæ Meditationis de Regno Christi . Hac nobis collineat comparatio hæc inter Christum , ejusque tartareum æmolium . Agitur , ut vides , de summa rerum , & de præcipuo amovendo impedimento , ut pro Christi partibus , ac signis stemus . Scilicet panicus ille ignoror . infamis illa recreundia , (quæ nos a sectando aperta fronte Christi Vexillo atcer maximè)

• 137. omne

(a) Ib. p. 1. cl. 7. n. 121.

omnibus nervis, omni animi con-
tentione est in praesenti exturba-
dus.

Patronus.

Sanctus Joannes Franciscus Re-
gis, qui Exercitiis quoctannis
diligentissime peractis, apprimè
didicit: adhærere in Societate Iesu.
Vexillo, invicto animo, vulnu im-
perterritio.

P A R T I T I O.

I.

Bona
Septantium Vexillum Luciferi.

II.

Mala
Septantium Vexillum Christi.

III.

Triplex Classis
Christianorum Militum.

Fau-

FRUCTUS CAPIENDUS.

DUplex esto: primus, ut ex animo dicamus, non secus, ac Ethai Davidi : (a) *Vivit Dominus meus Rex, (& Dux) quoniam in quocumque loco fueris, Domine mi Rex, (& Dux), sive in morte, sive in vita, ibi erit Servus tuus.* Secundus, ut ex animo item dicamus, non secus, ac Paulus : (b) *Exeamus igitur ad eum (Christum Ducem nostrum) extra Castra, im properium ejus portantes, quod est Vexillum Crucis.* Enim verò duo a te postulat Christus in hac Meditatione: primum est, ut sis ejus Miles: secundum est, ut sis generosus ejus Miles. Primo postulato facit satis Formula Ethai; secundo formula Pauli; si modò utrique formulæ facta respondeant. Igitur nos hor-

ta-

(a) 2. Reg. 15. 21.

(b) Ad Heb. 13. 13:

tatur S. Paulus : (a) *Labora, sicut bonus Miles Christi Iesu* : de quo admonet S. Petrus : (b) *Si autem patitur ut Christianus, non erubescat: glorificet Deum in isto Nominis.*

HYPOTYPOSIS.

SANCTUS IGNATIUS in præludiis hujus Medicationis vult; ut ad constructionem loci repræsentetur nobis campus amplissimus circa Hierosolymam, in quo Dominus Iesus Christus, tanquam bonorum Hominum omnium summus Dux, assistat: rursum alter campus in Babyloniam, ubi se Lucifer malorum, & adversariorum Ducem exhibeat. Utique omnes homines ad se vocat, sub Vexillo suo congregandos. Huic Hypotyposi faciem prætulere Augustinus, & Basilius, eamque quasi præmonstrârunt, præformâruntque

Pars II.

E

S. Au-

(a) 2. ad Tim. 2. 3.

(b) 1. Petri 4. 16.

S. Augustinus vult, (a) *Mysticis nominibus appellatas Babyloniam Civitatem, & Jerusalem, illam Regem diabolo, istam Regem Christo, & paullo post: Omnes, inquit, qui terrena sapiunt, . . . ad unam illam Civitatem pertinent, quæ dicitur Babylonie mystice, & habet Regem Diabolum: omnes autem, qui eas, quæ sursum sunt, sapiunt, . . . omnes ad unam Civitatem pertinent, quæ Regem habet Christum.* Et alibi: (b) *Jerusalem, ait, ad dexteram erit, Babylon ad sinistram . . . Duas istas Civitates faciunt duo Amores. Jerusalem facit Amor Dei; Babyloniam facit Amor Seculi. Interrogat ergo quisque, quid amet? & inventiet, unde sit Civis.* S. Basilius distlerit de viis, ad has Urbes decentibus, & de studio utriusque Ducis in conscribendis Militibus.

Ait

(a) In ps. 91. n. 6. t. 4. edit.
Maur.

(b) In ps. 64. n. 2.

Ait enim : (a) *Duae uanque sunt viae,
inter se contraria : una latu, & spa-
tiosa ; altera angusta, & coarctata.
Duo etiam sunt Viae Duces ; quo-
rum uerque viatorem ad se attra-
bere conatur.*

PETITIO.

EX eodem loco Exercitiorum poscamus, exploratas habere fraudes mali Ducis, invocata servel divina ope ad eas vitandas: veri autem, optimique Imperatoris, Christi, agnoscere mores ingenuos, ac per gratiam imitari posse, in eo praescitum, quod palam ei militemus.

LECCTIO.

KEmpis l. 3. c. 3. Quod verba Dei cum humilitate sunt audienda, & quod multi ea non pon-

E 2 de-

(a) *Hom. in ps. l. n. 5. s. 1. Edit.
Maur.*

derant. Ex l. Exerc. *De Electionis triplici tempore*. Id quod discutit Directorium a cap. 26. ad 35. His Regulis *de Electione* plurimum utebantur S. IGNATIUS, (a) et exemplo Sancti Parentis, P. Didacus Ranconierius, ut narrat P. del Techo. (b)

P A R S I.

*Bona
Sectansium Vexillum Luciferi.*

Profectò ad hoc Examen non revocabuntur Bona aut immorte, aut post mortem; quia illa nulla sunt morientibus sub Luciferi Vexillo; post mortem autem eos æterna manet poena, & acerbissima. Restant ergo examinanda Bona, dum vivunt. Ut vero res hæc luculentiori ponatur in lumine, fingamus, Vexillum Luciferi

(a) *Orland. l. 16. n. 108. 109.*

(b) *Hist. Parag. l. 11. c. 28.*

tri secum ferre honores , divitias ,
 voluptates Suis , dum vivunt . Fin-
 gamus , inquam ; nam re vera
 quampluribus ex hoc sectatorum
 grege bona hæc omnia abstulit ,
 illatâ infamiâ , dilapidato patrimo-
 nio , dilacerata valetudine . Esto igit-
 tur Luciferi Miles honoratus , dives ,
 voluptarius . Si cæcos consulas .
 Mortales ; Hi beatum dixerunt ,
 cui hæc sunt . (a) At falsò , temere ,
 audacter . Immo verò istiusmodi .
 Homines , infelices , similes sunt
Insulis Fortunatis , de quibus Ju-
 vencius noster : (b) sunt steriles
 ait , inanæ , ac parùm dignæ
 specioso , quod illis antiquitas dona-
 vit , *Fortunatarum nomine* . Testor
 Experientiam ; appello Rationem .

Ad Experientiam quod attinet ,
 ipsa etiam Ethnicorum auctoritate
 firmatam : Ecquis magis abunda-
 vit speciosa hac felicitate , parta
 sceleribus , quam Tiberius Impe-

D 3

ra-

(a) *Pf.* 143. 15.

(b) *Hist. Soc.* l. 22. §. 3. n. 3.

rator? Tamen quia sectabatur impensè Vexillum Luciferi, accipe, quæ de eo narrat Ethnicus Historicus, C. Cornelius Tacitus: (a) *Fucinora, atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium venerant.* Neque fruſtra præstantissimus Sapientiæ (verosimiliter hic Socrates est) firmare solitus est: *Si recludantur Tyrannorum mentes, posse aspici laniatus, & ietūs:* quando, ut corpora verberibus, ita ſævitia, libidine, malis consultis animus dilaceretur: quippe Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris, ſuasque ipſe pœnas fateretur. Ethnico Historico accedant & Philosophus, & Vates, uterque Ethnicus; quorum ſenſa in idem recidunt. Scneca ep. 55. *Non multum, ait, ad tranquillitatem locus confert:* (pariter dicas de bonis aliis terribibus) *Animas est, qui commendat omnia.* Vidi ego in villa bilari, & amæna mæſtos. Vidi in me-

(a) Initio l. 6. Annal.

media solitudine occupatis similes.
Cur? Quia, ut idem scribit ep. 56:
illa tranquillitas vera est, in quam
bona mens explicatur: qua bona
mente certè carent Mali, qui sub-
tartareis merent Signis. Mala
autem mens, quam torqueat im-
pios, docet Juvenalis Satyrâ XIII.,
*ubi multis probat: *Ultrici conscienc-**
**ia Improbos pleti.* Pauca referam:*
*..... *Hos diri conscientia facti**
Mens babet astenitos, & surdo ver-
bere cedit,

Occultum quaticante Animo tortore
flagellum.

Gradum faciamus ad experien-
tiam Christianorum, qui longè
atrocius, si mali sunt, torquentur,
quam ethnici, fidei lumine augen-
te tormentum: hinc S. Paulus scri-
bebat: (a) *Tribulatio, & angustia*
in omnem animam Hominis, operan-
tis malum (idest militantis sub Lu-
cifero) *Judei primum* (idest acer-
bius, quod vera fruebatur Fide)

& Graci; idest mitius; quia lumine expers fidei erat Gracus. Equidem omnia alia missa facio Christianorum testimonia. Unum affe-ram Augustinum, diu expertum Luciferi militiam. Ipse igitur scribens (a) ad Liceantium, Juvenem nobilem, suum olim discipulum, ut a Luciferi servitute se irretiri non patiatur: *Vincula, ait, bujas Mundii asperitatem habent veram, jucunditatem falsam; certum dolorem, incertam voluptatem; durum laborem, timidam quietem; rem plenam misericordiae, spem beatitudinis inanem.* His ne tu inseras & collum, & manus, & pedes. At oculorum experientia fidens, inquies: *Mali extrinsecus rident. Præterea eorum testimonio fidens, intrinsecè, inquies, dulcedine voluptatum deliniuntur.* Mendaces sanè sunt & in eo, quem præferunt. Mali, ficto risu, & in ea, quam jactant, fal-
sa

(a) Ep. 26. n. 2. Classe I. apud Maur.

fa dulcedine. In promptu est ad utrumque probandum auctoritas Augustini, qui docet, doctus ab experientia. Igitur de risa Malorum hæc scribit: (a) *Non planè risum, sed fletum potius intelligentibus vester commovet risus; sicut mentibus amicorum sanorum fletum commovet risus p̄breneticorum.* De dulcedine vero hæc scripta reliquit: (b) *Fallax enim dulcedo est, quam plures, atque majores p̄anarum amaritudines consequantur.*

Venio ad Rationem: hæc alia exterior est, sed summa, quia divina; alia interior, sed firmissima, quia fidei nixa fundamento. Paucis utramque complectar. Prima sit exterior, sed divina. *Impiis, quasi mare fervens, quod quiescere non potest.* (c) *Non est Pax impiis*, di-

E 5 cit

(a) *L. 4. contra Julianum c. 3. n. 27. t. 10. Edib. Maur.*

(b) *L. 1. de div. Q. ad Simpl. n. 5.*

(c) *Isai. 57. 20.*

cit Dominus . (a) *Pax , pax , & non erat Pax.* Confusi sunt , quia abominationem fecerunt. (b) Eliphaz de Impio Tyranno differens : (c) *Sonitus terroris , ait , semper in auribus illius :* & cum pax sit , ille semper infidias suspicatur , . . . circumspetans undique gladium ; instar Damoclis Philosophi , cui assidenti regiae Dionysii mensae gladius evaginatus imminebat , e filo penfiliis . Et Baldad (d) item de Impio : *Undique , ait , terrebunt formidines .* Licet Deus tam Eliphaz , tam Baldad reprehenderit , dicens : (e) *Non estis locuti coram me rectum ; in his autem verbis non reprehendit ; ut quæ consonant sexcentis aliis divinorum Librorum testimoniis , quæ brevitatis amor jubet praterire .*

Restat interior ratio , sed firmis-

(a) *Isai. 48. 22. , & 57. 21.*

(b) *Ier. 6. 14. 15. , & 8. 11. 12.*

(c) *Job. 15. 21. 22.*

(d) *Ib. 18. 11.*

(e) *Ib. 43. 7.*

missima . **Enimvero** , si Deus ita nos fecit ; ut nonnisi in ipso quiescamus ; si animus in ipso noster tanquam in sede sua necessariò sifstere debet ; quòd Finis noster sit, & necessarius , & unicus ; nemo non videt , animum extra Deum maximo afficiendum dolore , & incredibili agitatione . Fac tibi officulum sede exturbetur sua ; hoc satis erit, ut, licet circumfluas bonis omnibus , circumfusus omnium oblectamentorum concursu , non oblecteris tamen , immo verò hac omnia tibi fastidium creent , dolorem asperent , exacerbent tormentum ; ut factus tibi ipsi gravis , & mortem suspires , & parùm absit , quin eam tibi infligas . Quid igitur continget , si non officulum , sed cor ipsum totum , si mens , si animus sede exturbentur sua , suo nempe ultimo Fine , Deo ? Huc allusisse mihi videatur David , cùm clamabat : (a) *Nois est sanitas in carnis mea*

E 6

mea

(a) *Pf. 37. 4.*

*mea a facie iræ tuæ, non est pax of-
fibus meis a facie peccatorum meo-
rum.* Huc etiam allusisse videtur
Augustinus, cùm initio Librorum
Confessionum suarum exclamabat
Deo suo: *Fecisti nos ad te, & inqui-
sum est cor nostrum, donec requie-
scat in te.*

Altera ratio & ipsa interior, &
firmissima in eo sita est, quòd ex-
tra Deum voluptas nulla, nullum
gaudium verum sit. Ratio hæc cla-
rescit similitudine Monopolii. Le-
gitimum *Monopolium* est jus, vel
privilegium, quo quis fruitur, ut
genus aliquod mercis solus vendat.
Mercium omnium pretiosissima,
& maximè ab omnibus conquisita
est sincera Animi consolatio. Huic
omnes inhiant; non bene pro toto
auro hæc venditur. At consolatio-
nis ejusmodi Monopolium apud
Deum est. Quid dubitas? Fides id
docet: ipse enim, teste Apostolo, (a)
Deus totius consolationis est; verum
con-

(a) *Initio ep. 2. ad Cor.*

consolationem Deus & ultra ven-
dit, & tenui pretio, quasi clamitans:
(a) *Omnes sitientes venite ad aquas :*
& qui non habetis argenteum, pro-
perate, emite, & comedite: *venite,*
emite absque argento ; & absque ul-
la commutatione vinum, & lac. Con-
solatio hic quadrifariam adumbra-
tur sub *Aqua* specie, sitim restin-
guentis; *Cibi*, famem expletis; *La-*
ctis, infantiam alentis; *Vini*, viros
inebriantis. Cælestis enim consol-
atio & sitim rerum terrenarum
restinguunt; & famem cælestium
explet; & infantiam in virtute alit;
& virilem piorum virorum sancti-
tatem caritate inebriat. Vili pretio
emicur nempe rectè factorum, &
agitatione virtutum ad breve tem-
pus. Nec mirum: Ultroneas enim
ajunt, inquit Hieronymus (b) pute-
re merces. Precia facilitate decre-
scunt, quæ semper in raritate ma-
jora sunt.

At-

(a) *Is. 55. 1.* (b) *Ep. 97. ad Do-*
metr. cl. 6. apud Maur.

Atque , ut urgeam similitudinem acrius ad rem nostram : Fieri potest , ut neglecto vel regio monopolio , merces vetitas aliunde furtim tibi emas , emptione dulciore , quia furtiva ; licet periculosa : quare scripsit Salomon instar proverbii : (a) *Aqua furtiva dulciores*. S. Augustinus : (b) *Nescio , quo enim modo , inquit , hoc ipsum , quod concupiscitur , fit jucundius , dum vetatur*. At in re nostra , ne furtim quidem fieri potest , ut vel guttam veræ consolationis ab ullo alio præter Deum tibi compares . Utique totius consolationis Deus est ; totius , inquam , (sic celebris interpres advertit (c)) quia nisi a Deo procedat , nulla vera esse potest

Con-

(a) *Prov. 9. 17.*

(b) *De Spir. & Lit. c. 4.*

(c) *P. Antonius de Escobar. S. J.*
*s. 9. Comm. Lit., & Mor. l. 2. in hunc
locum.*

Consolatio . Deo propterea ajebat Augustinus : (a) Tu pari cordis visales deliciae. Hac autem consolatione sublata, vel maxima Bona sectantium Vexillum Luciferi non modò non beant, sed & funesta sunt potius, & infelicitatis fontes, atque tristitia, atq; adeò Bona sectantium Vexillum Luciferi sunt Mala mera.

P A R S II.

Mala Sectantium Vexillum Christi :

VIde longè inter se dissimilat rationem Christi, & Luciferi. Hic totus est in exaggerandis Bonis suorum Militum ; Christus in exaggerandis Matis ; vidimus, ea Bona esse Mala mera ; ostendamus, Mala hæc esse Bona mera. Dicebat autem ad omnes : si quis vult post Me venire, abneget semet ipsum ; & tollat Crucem suam quo-

18-

(a) L. 13. Confess. c. 21. n 29. t.
3. edit. Maur.

tidie ; & sequatur Me . (a) Indican-
tur h̄ic tres virtutes (quæ deinde ,
interpositâ voti religione , Religio-
sum statum conflârunt) Obedientia ,
Gaſtis , Paupertas . Prima nos spo-
liat Bonis animi , seu libertate ; ſe-
cunda Bonis corporis , seu volu-
ptate ; tertia Bonis externis , seu
divitiis . Tum jubet generositatem
in perdenda lubenter Vita ſua ; in
conculcando strenuè universo Mun-
do ; in contemnendis Mundi diſte-
riis audacter : Proh quot , & quan-
ta Mala ! Agitur enim de perpe-
tua jactura , abdicatione , contem-
pitione libertatis , voluptatis , divi-
tiarum , Vitæ , Mundi , boni Nomi-
nis . Hæc propria ſunt ſectantis Ve-
xillum Christi . Interroga inimicos
Crucis Christi , & repondebunt :
Nos vitam illorum æſtimabamus in-
faniam . Interroga germaniſſimos
Crucis ſectatores in una Familia
noſtra (ne in immenſum vagetur
oratio) & repondebunt : Optimam
nos

(a) *Mattb. 9. 23.*

*nos partem elegimus, vocati in forem
Sanctorum Virorum.*

Nulla major jactura libertatis,
quam in carcere. Tamen ubi car-
cerem subit P. Hozius, Christi cau-
sâ, a voluptate adigitur, ut no-
ctem insomnem inter vincula riden-
do traducat. (a) Amplius. P. Tho-
mas Pundo queritur de sua liber-
tate, qua invitus, senex, donatur
post sanctificatos undecim Angliae
carceres, tanquam Fidei theatra,
triginta solidos annos. (b) Quæ
major voluptatis jactura, quam in-
carnificia corporis? tamen adeò
jucundè, & furiosè in corpus se-
vit suum P. Petrus Antonius Ca-
stelli; ut Christus eum objurgârit;
quod lineas Temperantiae omnes
transilierit. (c) P. Hieronymus Na-
tali Conimbricensibus Sociis affi-
lationum album proponit; ut quis-
que partem sibi deligat; Tamen

ne-

(a) *Orlan.* l. 2. n. 37.

(b) *Juv.* l. 13. n. 145.

(c) *Aguil.* 2. p. c. 9. n. 10.

*sefciebant vel modum, vel babere
delectum; omnes volebant omnia.* (a)
*Nulla major divitarum jactura,
quam in religiosa miseria.* Tamen
*P. Carolus a Lotharingia, quasi
in miseria educatus, non in rega-
li familia natus, colliquescens gau-
dio, exclamat, ut legitur in Vita:
*Quam latus, & alacer sum, ubi vi-
deo, me babere omnino nibil prater
Deum!* Socii Paraquarii quam vi-
vant misere ex eo colliges, quod ce-
lebrant *Professionem quatuor votorum*
P. Francisci Diastanii his epulis,
*(quas geniales fecit torrens inter-
narum deliciarum)* *Ciborum in tan-
ta celebritate varietas bac fait: fa-
rinæ ligneæ dimenſum unum, pisci-
culi tres, aquæ limpidissimæ, lacri-
marumque quantum satis.* (b) De-
istiusmodi autem lacrimis S. Au-
gustinus ajebat enarratione in ps.
127. n. 10: *Dulciores sunt lacrimæ
oran-**

(a) *Sacrb. p. 2. l. 5. n. 20.*

(b) *Del Techo Hist. Paraq. l. 9.
exir. c. 17.*

orantium, quam gaudia theatrorum.

Nulla major contemptio vita, quam in Asia, & Africa. Tamen P. Gaspar Batzzus ex Asia (cujus erat Apostolus) sic socios allicit: (a) *O fratres adeste nobis; hic mel divinae suavitatis per agros temere fluit, quod mel inclusi vestris cubiculis vix summo labore consequi potestis.* Et P. Consalvus Silveira (b) sic scribit ad Generalem Societatis Moderatorem ex Africa, cuius asecutus est Apostolatum: *Si loquendum est ex experimento, quod in mari, montanisque capitur: ibi Deus abscondit plenitudinem, ac suavitatem Divinitatis, & Humanitatis sue spiritualiter, iis repositam, qui diligunt ibi habitationem, & quietem ad lucra Redemptoris.* Ubi minus Mundi, quam in Barbara America; præsertim in Paraquaria, præsertim in Guairania, asperima Paraquariae regione? Tamen ibi

so-

(a) *P. Nicol. Trigault. in vita l. 2 c. 22.* (b) *Sacch. p. 2. l. 4. n. 222.*

Socii (*a*) ita exultabant animo ; ut ,
lætitia in corpus redundantem, cùm
maximè vellent, risum continere non
possent . Nullibi magis , quām in
Sina , & *Japonia* , s̄avientibus Ty-
rannis , Jesuiticum nomen proscis-
sum est , & ludibriis cumulatum
magis . Tamen P. Alphonsus Vagno-
ni ad duo millia passuum , dum
satiatus opprobriis ad Sinense Tri-
bunal ducitur , p̄ræ gaudio a risu
temperare non potest (*b*) . No-
stri tres Japones Sanctissimi , ante-
quam in Crucem agerentur , au-
re mul̄tati , revinctis post tergum
manibus , *vili plaustro impositi* , *sex-*
centorum milliarium itinere terre-
stri , *ut ignominia latius spargere-*
tur ; adeò ibant gaudentes ; *ut Bon.*
tii quererentur : Triumphum illum
Fidei fuisse , non probrum .

Denique , ne infinitus sim ; non
Milites interroga ; sed *Duceim* ,
S. Fran-

(*a*) *Del Theco hist. Paraq. l. 3.*
exier. c. 32.

(*b*) *P. Bartoli in Sina l. 3. p. 648.*

S. Franciscum Borgiam, Duce
olim Societatis nostræ: cui hæc te-
statur: (a) *Quis in Cruce vivat, &*
careat cælesti consolatione? Nam si
derivantur ad nos consolationes, per
eam derivantur: si quid amari ad
nos pervadit, in ea dulcescit. Dam
hæc eduntur Exercitia, tranquillè,
placidèque moritur in hoc Panor-
mitano Collegio, plenus dierum,
& rectè factorum, octogenario ma-
jor, P. Gaspar Cardamone, exqui-
sitissimis virtutibus præditus; præ-
fertim rerum terrenarum contem-
ptione, cælestiumq; desiderio, nec non
patientiâ & invictâ, & diuturnâ.
Paucis ante ejus obitum diebus Ju-
venis quidam noster ab eo est sci-
scitus: *Quanam in re potissimum
hauserit voluptatem in tam longin-
quo vitæ anteactæ cursu?* Cui, Cru-
cis amantissimus Senex, respondit:
*In una Christi Cruce gaudiorum
omnium maximum expertus sum.*

Nec:

(a) In ep. Encycl. apud Sacch. p.
3. l. 5. n. 17.

Nec mora : oculis in cœlum conjectis , quasi suspirans , ter repetiit : *Pati, non mori!* Familiaria hæc fure
re S. Mariæ Magdalenaæ de Pazzis verba ; in cuius pervigilio , nocte ingruente , conquiviebit ; ut pene idem dies sanctissimo occasu tantum utriusque in Crucem amorem muneras sit . At ad rem , quam tractamus , confirmandam hoc breve consummatæ virtutis responsum quām bellè cadit !

Hæc sunt Mala sestantium Christi Vexillum ; Bona mera , fontes cœlestium deliciarum ; de quibus dicas cum Achior : (a) *Hic fontes amari obdulcati sunt ei ad bibendum interventu ligni , quod figurabat Crucem .* (b) Quænam igitur erunt Bona morientium sub Vexillo Christi ? Innūimus ea P. i. Meditationis V. Quænam erunt bona triumphantium sub Vexillo Christi ? Videbimus intra triduum penultima in Meditatione . Jure igitur

(a) *Juditb. 5.15.* (b) *Ex. 15.25.*

tur Christus Suos miseros *Beatos*
vocat multis partibus.

P A R S III.

*Triplex Classis
Christianorum Militum.*

IN secunda Hebdomada Exercitiorum S. P. IGNATIUS , iacto ejus Fundamento in Contemplatione de Regno Christi , & consolidato Homine in sectando Christo , egregia Medicatione de duobus Vexillis ; vult , ut eodem die instituatur Meditatio de tribus hominum Classibus , seu Differentiis , ut potissimum , subdic , partem amplectamur . Hanc Meditationem operæ pretium duxi non præterire , & proxima de causa huc conjicere ; quasi representando tres Christianorum Militem Classes ; ut , vitatis prima , & altera , eligam tertiam , & sim non solum Miles Christi , sed bonus Christi Miles , quemadmodum auctor erat Apostolus Timotheo in epistola 2. c. 2. , cui in epistola prima c. 1. hæc commendârat : *Hoc preceptum commendabo tibi , Fili Timothee .*

ibee ut milites bona
Militiam : ergo non omnis Christi Miles , bonus est Christi Miles ; non omnis Christi Militia bona est Christi Militia ; ergo non una est classis **Militum Christi** ; non una Christianæ Militiæ classis . . .

Et in hoc situs est , nobis capiendus ab hac meditatione , fructus ; non ut simus Christi Milites ; non ut militemus Christi Militiam ; (id præstitimus ex eo tempore , quo Societati Jesu nomen dedimus) sed ut simus boni Christi Milites , militantes bonam Ejus Militiam : id quod monet vel ipsum Jesuitæ nomen , *in quo* (ajebat P. **Claudius Aquaviva** , Generalis Ordinis Moderator) (a) *unusquisque* (Jesuitarum) monitorem habeat , qui aures apostolica voce assidue personet : *Labera* , sicut bonus Miles Christi Jesu .

Prima igitur **Classis** , ait S. Peter , optat quidem acquisita rei exactio

(a) *Sacrb. t. I. p. 5. l. 10. n. 37.*

re affectum; ut conciliari Deo pos-
*sit; sed media, debitaque adminis-*cua**
*la usque ad horam mortis non ad-*movet.* Secunda itidem affectum ma-*le*
ordinatum auferre cupit; sed rem
interim mordicus tenere, ac Deum
potius trahere ad votum proprium,
*quād, relatio impedimento, per condic-*biliorem* statum ad illum tendere.*
*Tertia adversatur primæ, ac secun-*dæ, ac interim ita se gerit;* ut qui
*omnia in affectu reliquerit, eniten-*do**
scilices neque hoc; neque aliud
quipiam expetere, nisi quantam
divini obsequii intuitus moveret; ita,
ut non alias admittat relinquenda,
aut retinenda rei acquisitione causam,
*præter rationem, ac desiderium me-*lius* Deo Domino nostro servandi.***

Scilicet prima Classis verbo, non
re vult esse bona Christi Cohors.
*Secunda re esse vult; sed non ar-*bitratus* Dei, sed suo. Tertia re;*
& arbitratus Dei: atque hic iterum
*commendatur Heroica illa Indiffer-*entia*, quam Sanctus Pater docet*
*in 3. parte. Meditationis Fundamen-*to*.*

Pars II.

B

ss;

si. Eadem de causa Isaias futura Christi Ecclesie commendat hæc :
 (a) *Clavos tuos consolida*; id quod fit repetitis iictibus. Dux autem noster Jesus, (quem figurabat olim Gedeon) & bis lastrat Milites suos Jesuitas; & bis magnum eorum numerum, (primam nempe, & secundam Classem,) bello ioutilem, exauktorat, dimittitque a se. Proh infortunium singulare! Curandum igitur nobis, ut simus in copiolis reliquis, quibus ipse utetur ad bonum certamen certandum.

Et sane, quod ad primam Classem spectat, quid est velle finem; & instrumenta ad finem nolle? Est esse Rultum illum, & pigrum, qui nult, & non nult; philosophico enim decreto certum est: *Efficacem Fides voluntatem esse efficacem voluntatem Mediorum*. Ergo cōspectāsunt, tanta illa nostra expectatio, diuturna vota, magnanimitas ita ranta; ut verbo tenus Je-

(a) *Isai. c. 54. 2.*

suitæ essemus? Similiter de secunda Classe; an non hæc est præposta ratio; ut Christus homini obediatur; non Homo Christo? Ubi est Prudentia, ubi est Sapientia? Si sapiens fueris, tibi met ipsi eris; si autem illusor, solus portabis malum. (a) Totus igitur ero in eo, ut Dei arbitratu vivam; hic prora, & puppis, hic gubernaculum erit meæ naviculæ: & quadrijuga animalia currus divinæ gloriæ; ut narrat Ezechiel: (b) *Ubi erat, impetus spiritus, illuc gradiebantur; hinc ibant, & revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis,* licet diversæ fuerint naturæ. Utinam Cohors hæc pusilla Societatis, ubi est impetus spiritus, illuc gradiatur, aliò non spectet, amet nihil, nihil velit, aut odio habeat, aut nolit, nisi impietu hujus spiritus.

F 2 EXEM-

(a) Prov. 9. 12.

(b) G. 1. 12. 14.

EXEMPLUM.

Nullum fortasse exemplum opportunityus inveniri poterit in universa Familiae nostrae Historia, quod refert Sacchinus. (a) Sic enim est, ut intum in modum representet, quod virtutis aspirare debeat Christiani Militis animus, praesertim si ex ea Cohorte sit, quam pro Iudei Pontifices habent; quemadmodum de Societate nostra Lusitano Oratori testatus est Pius VI. P. M. (b) Fœdissimum in Romanæ Religionis sectatores exاردescet bellum in Anglia. Custodia Catholicis Viris plenæ erant: Londinium Catholicò sanguine redundabat. Optima pròpterea palmarum seges Societati nostræ obtigit. Quamplures ex ea pro cuendis patriis legibus, & institutis excruciatæ, dignam Jesuitis, mortem op-

pe-

(a) T. I. p. 5. l. I. n. 246.

(b) Sacch. p. 4. l. 5. n. 159.

petiere. In his strenuis Christi militibus annoverandus est Alexander Brianti, Rhemensis olim Collegii nostri Alumnus, qui in Londonensi ergastulo Societatis tirecinnium posuit, veteranus virtute, dignus propterea, qui intra pauculas dies Jesuita evaderet, & Martyr.

Post diurnas careeris sordes, post repetitos equuleos illuxit aliquando tandem felicissimus ille dies, votis omnibus diu ab Alexander expetitus, qui capite eum damnaret his unicè de causis, quòd Catholicus esset, quòd Sacerdos, quòd Jesuita. Cum Alexander, quasi invicti manipuli Dux, cum tredecim aliis Catholicis, dicit, feredax sententiaz destinato (qui tertius decimus fuit Kalendas Decembres æt Christianæ 1581.) ad Tribunal rursus ducitur, non modo hilari vultu, serena fronte, imperterritò animo; sed eo etiam habitu, qui Christianum militem & deceret maximè, & præferret. Ex-

reperto ligno in carcere Crucem
fabricarat. Hanc Crucem suæ mi-
liciæ tesseram, manu gestabat Ale-
xander; & veluti signifer præce-
debat Spectaculum sancte Deo, &
Angelis dignum; sed inimicis Cru-
cis Christi intolerabile omnino.

Eatre ab heretico audacia insi-
mulatur Brianti, jubeturque Cru-
cem abjicere, minime conserua-
neam viris illis, quos Judices, &
victæ suæ arbitros reverenter debuiscen-
t. At neque misere, neque justi-
fa Alexandri animum labefacta-
runt. Immo vero, elata voce re-
spondit, quod Jesuitarum animis
insculpi deberet. Referam ipsissima
verba: *Neutquam, ait, id faciam.*
Miles Crucifixi sum, Vexillum ad
mortem usque non deserans. Iniqua
heterodoxorum concientium ani-
mum non tulit; emicat ex illis
unus, qui ex Alexandri manibus
Crucem per vim eripit. Quid fa-
ciat, quid dicat Christi miles? Po-
tes, inquit, *Crucem mibi excorque-*
re de manibus; de corde non potes. Mo-
riar

risar etiam pro eo , qui meū canis
prior est mortuus . Proh quam hæc
aurea , quæ mox sanguine confirmat suo ! Ea deinde Crux , a Ca-
tholicis redempta , Romamque
transmissa , religiosè in Semina-
rio Anglicano servatur : egregium
monumentum , quod viros omnes
e Societate doceat : quid ab ipsis
postulet ratio ejus militia , quam
proficiuntur .

Status Religionis ; do-
cet S. Thomas , (a) est spiritualis
Militia . At status Societatis pecu-
liari quadam ratione Militia Chri-
sti est . Quid ? Eò spectat nomen So-
cietatis Jesu , ut vidimus . Quid
ergo , ajebat Cicero 4 . Academi-
carum , quid ergo Academicī ap-
pellamur ? Abutimur gloriā nominis .
Proh me miserum ! qui assimile effi-
tum iageminare coactus sum :
Quid ergo Jesuita appellor ? Abu-
tor , abutor gloriā nominis . Sed eit
& alterum incitamentum , & cal-

F 4 car,

(a) *Quodlib. 4. a 23. ad 13.*

car, & efficax in segaricie monitor,
exemplum nempe Majorum, & So-
ciorum etiam, qui in præsenti ubi-
que gentium Christi prælia miscent,
ut boni milites. Quare mihi video
audire e cælo ducem IGNATIUM,
qui verbis Bernardi ad Religiosos
viros sui temporis sic nos ad mi-
litarem virtutem excitat: *Quid hoc
ignoravi? est, o boni Milites, sociis in
sanguine, & cæde versantibus ... vos
aut cibos diligitis delitatos, que somnos
capitis matutinos!* (a) Addam cum
Naum: (b) *Contemplare viam: confor-
ta lambos, robora virtutem valde.*
Huc facit, quod quadam oratio-
ne Marius (c) exprobrat Romanis,
ubi in eos invehitur: *Qui pleraque
oratione Majores suos extollunt, eo-
rum fortia facta memorando, clariores
se se putant: quod conterat est.* Nam
quar-

(a) *Apol. ad Guillel. Abb. c. 9.
v. 22. l. 2. Op. edit. Maur.*

(b) *Nahum 2. 1.*

(c) *Apud Sallust. de Bello Ju-
gurthino.*

quanto vita illorum præclarior; tanto
borum socordia flagitiosior.

INDUSTRIA UNDECIMA.

Tentatio

*Circa Institutum, & aliquot Regulas,
quæ non placent.*

DEFINITIO.

FASTITIUM ORDINIS NOSTRI EST EX eo, quod non æquè sanctus putetur, ac cæteris vel quod ipse per se multis dicatur laborare vitiis, novitatibus, paradoxis, præpostoris Legibus. Morbus hic (præfatur Aquaviva) plane periculosus est, & valde curatu difficultis; proferre in antiquioribus. Itaque investigandus est diligenter, & detegendus solerter, & accuratè curandus. Solent enim hujusmodi Homines morbum alce celare, & nisi occasio aliqua, quasi non advertentibus, aliquid extorqueat, vix se prodent; nisi cum iis, quos potuerint subodorari ejusdem esse sententia.

C A U S E .

Prima est Superbia , quæ sag-
deat , se plus sapere , quam tot do-
ctissimi , ac sanctissimi Viri e So-
cietate , qui eam studiosissime
instar Matri dilexerunt , & in tot
Comitiis Generalibus res Societati-
tis probârunt maximè ; quam tot
externi Homines , omnibus parti-
bus celeberrimi , qui Societatem in-
calum laudibus exquisitissimis ex-
tulerent , ut videre est apud P. Chri-
stophorum Gomez in libro inseri-
pto : *Elogia Societatis Iesu* (quibus
in præsenti magna posset fieri acces-
sio) quam tot Summi Pontifices ,
qui Eam probaverent ; quam Tridenti-
num Concilium , quod sess. 2 g. (ubi
agit de Generali Regularium Refor-
matione) c. i 6. protestatur , se non in-
tendere aliquid innovare , aut prohibe-
re quin Religio Clericorum Societatis
Iesu juxta prius eorum Iusticium , &
S. Sede Apostolica approbatum Deo ,
& ejus Ecclesie inferire possit
Secunda est Ignorantia ; num-
rum non paucos fortasse Societati-
res

res nostræ latent vel institutæ, vel narratæ, vel defensæ. Dicam cum Tullio: *Mibi quidem nulli satis eruditi videntur; quibus nostra ignorata sunt.... Ego quidem satis mirari non queo, unde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium.* Et de simili ignorantia dicam cum S. Chrysostomo: (a) *Ego quid binc (ex ignorantia rerum, ad proprium statum pertinentium) detrimenti? Quid damni?* Ideo ingemisco, quod noxiare esse rem nesciatis. Tertia est declinatio a perfectione Ordinis nostri, ut videre est apud P. Rodriguez; (b) sed potissimum apud Raynaudi, (c) & Javencium. (d)

F. 6. Quar-

(a) In Joann. Hom. 58. n. 5. t. 8.
edit. Maur.

(b) In Exerc. Perf p. 3. tract. 8.
c. 6., & præseri p. 1. tr. 4 c. 20.

(c) T. 18. in Judicio P. Theophilis
Raynaudi S. J. de L. Clementis Scotti
ejusdem Soc. Apostolæ, contra illam
ipsum Relig. suam præserim. 4. 6. 9. 10.

(d) T. poster. p. 5. solid. L. XI.

Quarta est Dæmonii mali illusio. Vidi ego Juvenem nostrum, optimis moribus præditum, cogitantem missionem a Societate; ne in ea (ut ajebat) jam pessima, periret. Quæ tentatio ubi refrixit, & cælestis illuxit radius, *valnera supplevit lacrimis*; (a) Societatem commendavit maxime, cuius non esset dignus vocari filius. Ipse hanc temptationem, ubi refixuit, *borribilem* vocabat, ex eo potissimum, quod, licet repræsentaret Jesuitas omnes perire; tamen ne umbram quidem temptationis in temptatione agnoscebat, invitis iis, quæ in æstu temptationis euidem suggerebam, ut malo mederer.

PERICULA.

Primum est, ne præfatum Vitium pestis evadat: Pestis (eam, dum scribo, experimur in Sicilia nostra) & incredibiliter dissipatur, & miserabiliter trucidat,

&

(a) *Ovid. Met. 4. v. 140.*

& crudeliter s̄avit, omnium vaitate bonorum. Secundum est, ne deficiamus a Societate contrā, ac monet S. Paulus : (a) *Unusquisque in qua Vocatione vocatus est, in ea permaneat* : qui sit primus gradus sempiternæ ruinæ.

R E M E D I A.

Primum est, ut divinam opem implores ; hac via, & ratione resipuit præfatus noster Juvenis ; at, ne luci obserentur fenestræ, curandum : idcirco, exploratis animi latibbris, piaculari confessione tergenda conscientia est. Secundum, ut rem hanc & aperias candide animi tui Moderatori ; & eandem celestē severē omnibus aliis omnino ad unum. Tertium, Leges, Moderatores, Res Societatis simplici spectes oculo, non nequam ; quia de re multa differit S. Bernardus.

(b) Quar-

(a) i. ad Cor. 7. 20.

(a) Quartum, neque eas ad examen voces, ut idem S. Doctor jubar (b). Quintum, legas saltem hos quatuor libros, Op. P. Lancitii de *Præstantia Instituti Societatis*; Card. Pallavicini nostri *Vindicationes Societatis Jesu*; Suarez de *Religiose Societatis Jesu in particulari*; (c) & *Vitam IGNATII*, Parentis nostri Santissimi, auctore Bartoli. Proh quanta lux oborietur ab his Libris, qua tentationis evanescant tenebrae.

Sextum, si quid mali in Societate humanitus accidat, dicas, quod Adversariis nostris Sicilieensis Antistes, Societatis amantissimus, dictabat: *Societas sis pessima; at inter Religiosas Familias nulli secunda est; emineat inter omnes*. Lege Abb. Blosum, ubi probat: (d) *Quæd propter mala, & abu-*

(a) C. 17 & 18. de *Præcep;* & *Disp.*

(b) C. 13., & extr. c. 15.

(c) T. 4. de *Religione tract. X.*, & ultimo.

(d) In *Collyrio Hæresicorum. l. t. c. 7.*

abusus non oparetur Ecclesiam contemnere. Adde, quod scitè Juvencius noster advertit: (a) *In multis Probris magnum est, si pauci sunt deteriores.* Septimum, quid Amicis opus est? Et inimici nostri sunt Iudices. (b) *ii nempe qui tamen atroces, a Societate condita, suar ab ea defectionis penas dedere ubique locorum.* Hi ergo inimici, olim nostri, non solum poenam suis ipsorum docent nos, quanti a nobis facienda sit Societas; sed laudibus, sed patrociniis, quibus Ordinem nostrum major eorum pars, ubi astus ille insanus deferuit in Aegypto, celebrant, foventque. Hinc scitè Siquidius: (c) *Hos, ait, effe velut cedula pompa, qua sepe arborem, unde excidere, optimans.* Octavum sepe gratias age Deo, quod Jesuita sis; instaura sopra olim puncupata; pete impense in ea perseverantiam.

ME-

(a) *L. l. Hist. n. 20.*(b) *Deut. 32. 31.*(c) *P. s. t. priori l. 9. n. 94.*

M E D I T A T I O

Q U A R T A.

De tribus Modis Humilitatis.

P R O C E M I U M.

Ultima hæc est Meditatio se-
cundæ Hebdomadæ, quam
S. P. IGNATIUS præ-
mittit Electioni facienda.
Hanc meditationem præcedit tri-
plex Annotatiuncula; in quarum ter-
tia legimus: Ut ad capessendam ger-
manam Christi Doctrinam effectam
nostrum disponamus, apprime juvem
considerare, ac per diem totum re-
volvere intentidene tres sequentes Mo-
dos Humilitatis. Hæc eò spectante,
ut videoas, quorsum tendat hæc me-
ditatio, & quanti sit facienda, &
cur huc inducta a nobis sit? Ejus-
modi tres gradus repræsentant tri-
plicem in via Domini Gradum.
Primus situs est in unius letalis

pec-

peccati fuga sine solicitudine minuscularum noxarum. Secundus in harum etiam fuga. Tertius in eo, quod, etiamsi, nullo superaddico, laus Dei par foret; ad majorem tamen imitationem Christi, eligam potius cum Eo paupere, spredo, & illuso, pauperiem, contemptum, & insipientiae titulum amplecti; quidam opes, bouores, & sapientiae & estimationem. Tanta luce scintillat certius hic gradus, numeros omnes habens perfectæ, consummatæque virtutis; ut multorum oculos, quamvis rerum divinarum scientiâ acutos, & perspicaces, perstrinxerit: inde factum est, ut tertium hunc gradum temeritatis, ineptiz, & vacuitatis palam damnârint: quorum calumnias Socii quamplures doctissimi crudite, & solidè refutârunt; in quibus eminet eximus Suarez.(a) Equidem fateor; sublimis admodum est, & nonnisi volatu cœlesti attingendus.

(a). T. 4. de Relig. tratt. 10. l. 9.
c. 5. dubio 9.

dus. Tamen in ardua tendit Virtus: huc a nobis aspirandum nec sine spe; si modò secundum gradum superabimus; facilis enim est ascensus a secundo ad tertium. Ut autem ascendamus ad secundum ostendam, quam periculoso sit, & lubricum, corpescere in primo gradu.

Patrona.

Santa Theresia a Jesu, Carmelitarum discalceatorum Fundatrix, Societatis nostrae studiosissima Mater, licet se vocaret amantissimam ejusdem Filiam. Ea, teste P. Francisco Riviera, nostro, ejus olim animi Moderatore l. i. c. 8. Vitæ, partem *Exercitiorum*, cum generali confessione peregit, atque ab eo tempore tantum in via perfectionis progressa est; ut omnium in se admirationem converterit. Facile autem ad tantum virtutis gradum evecta est ab eo viso, quo comperit, quam sibi futura fuisse detrimentosa statio in primo Humilitatis gradu; jam enim suis mi-

minutis peccatis auspicata fuerat
sibi tartaream subtractionem.

P A R T I T I O.

I.

*Scatio in primo gradu,
detrimentosa est ante Mortem.*

II.

*Scatio in primo gradu,
detrimentosa est in Morte.*

III.

*Scatio in primo gradu,
detrimentosa est post Mortem.*

F R U C T U S C A P I E N D U S.

Detestatio , Horror , Odium
quantulæcumque labeculae ,
quam voluntas prudeas , & sciens ,
animo aspergat suo .

H Y P O T Y P O S I S.

EA erit, quam exhibet imago Ma-
gnæ Matris quam (a Lumine in
Sicilia dictam, tot, tancaque ubique
gentium miracula celebrant) nem-
pe menti objicienda Magix Mater,

Et quædam quædamq[ue] q[ui] q[ua]d

quæ sinistrâ Jesum lacteolum suketat ; dexterâ autem animulam , corruentem in os tartarei Draconis . Jesus autem interea e calatho , (quem ei cœlestis Genius de genou offert) unum legit e tot flammiferis cordibus , ibidem belle congestis . Animula ea , per miraculum ex orci fauciibus crepta , eum repræsentat , qui piger hæret in primo gradu : ea corda flammifera figurant eos , qui raptim avolant ad secundum , inde ad tertium gradum : delectum a Jesu cor fac , ut tuum significet .

P E T I T I O .

Nisi , quia Dominus adjuvit me paullo minùs , (paullo post , ex grœco textu) habitasset in Inferno anima mea . ps. 13. , quam repetebat Senex Eremicola , ubi resipuit a peccatis , in quæ post sanctissimam vitam inciderat ob torporem (a) Dormitavit anima mea præ iædio .

(a) Pallad. Hist. Lausiaca sect. 46.

dia: Confirmo me in verbis tuis. (a)

L E C T I O .

Kempis, l. 4. c. 3. de Discusio-
ne propriæ conscientia , Cr-
ementationis Propofito . Ex l. Exer-
Regalæ primæ de dispergendis Spi-
ritibus .

P A R S P R I M A .

*Statio in primo Grada
detrimentosa est ante Mortem .*

O Quantus fervor omnium Reli-
giosorum , ait Kempis . , (b)
in principio fuit sanctæ inflictionis
fatuus . Octopos & negligenter
stans nostri ; quod campiō declina-
mus a primitivo fervore ; & jam co-
des vivere p̄e laffudine , & corpo-
re ! Quām vereor , ne hic Status ,
sou Statio in hoc Gradiū similis sit
Phelisi , quo morbo , qui laborant ,
ex-

(a) Ps. 118. 28.

(b) De Imit. L. 1. C. 18. n. 5. 6.

142

extingui ex proprio solito. Addo,
quod monet S. Augustinus: (a) *Pbificus est: quis hoc curat? Necesse est, ut
pereat; necesse est, ut moriatur. Ecce jam dixit Medicus: Pbificus est;
non potest, nisi moriatur. Quam terribilis igitur hic morbus est!*

Quatuor considero certas hujus Morbi Notas, exteriores illas quidem, sed quæ totidem & effeta suæ intestini in visceribus vitiæ ejusmodi, ut, cum in horas sequuntur sine sensu graffetur magis, ac magis, ubi invadit vitalia (id quod impedire Medicina vix potest, aut ne vix quidem.) rōpe-tina morte hominem percussat. Sunt autem hæ Notæ: *Infirmitas Virium, Pallor vallis, Grave-
lentia ambulans, Gustus præ-
sterus.* Similiter in re nostra, qui, conatus virare inicio grayia pec-
cata, ministrulas negligit noxas (qui primus est, quem considera-
mus,

(a) Serm. 77. de Verb. Evang.
March. n. 14. s. 3. Edit. Maur.

mus, Gradus) infirmatur, palescit, spiritum ducit graveolentem, gustus agitur prepostero.

Est in primis suum Virtutis Robur, est sua Infirmitas. Cum robusta amore virtus est, ait Kempis (a): *Onus non sensit; labores non reputat; plus affectas, quam vales; de impossibilitate non cansatur; quia cuncta sibi posse, & licere arbitratur.* Cest à verò, cum infirma virtus est, (quod in hac statione facile contingit) minus agit, quam potest: *de Impossibilitate cansatur tertio quoque verbo, ad quodlibet imperium, in singulis actibus, in omni munere; & pene nihil sibi posse, & licere arbitratur; similis Dagoni, de quo legimus: (b) Facebat pronus in terra . . . Caput auseum Dagon, & duæ palmae manuum ejus abscissæ erant Porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo.*

Gra-

(a) L. 3. c. 5. n. 4.

(b) Reg. 5. 3. 4. 5.

Gravissima accedit autoritas, & opportuna similitudo.

Quadrat in morantes in hoc primo Gradu, quod Pelagianis ajebat, S. Hieronymus : (a) *Hoc & nos dicimus: posse hominem non peccare, si velit pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quamdiu intentus est animus; quamdiu corda nullo vicio laxatur in cibara.* Quod si paululum se remiserit, difficit fragilitatem suam, & multa sequuntur non posse cognoscit. Similitudinem sufficit Horatius, ubi, (b) *Ampbora cœpia instilui, ait, currente rota, cur urcens exit?* Evidem quæram a me ipso hoc ipsum. *Ampbora lato est ore, angusto est Urceus;* humorem illa excipit facile, & abundantiter. At *vaseula oris angusti,* ait Quintilianus, (c) *superfusam humoris copiam respuant.* In tirocinio

(a) *L. 3. dial. contra Pelag. cl. 3. ep. S. Hier. p. 2. & 4. edit. Maur.*

(b) *De Arte v. 21. 22.*

(c) *Lib. 1. Inst. c. 2,*

nio *Ampbora cœpit institui*. Di-
cebamus animosè cum Paulo : (a)
Ego enim didici, in quibus sum,
sufficiens esse.... Omnia possum in-
eo, qui me confortat. Temporis
currente rosa, cur Urceus exit? Car,
amabo te, effectus es Jesuita oris
augusti, qui *superfusam cœlestis*
etiam humoris copiam respuis; ut
ad guntas etiam singulas amari ca-
licis clamis, stridas, queraris? O
præclarum *Vas Eleætioris, de cuius*
plenitudine Regna, & Nationes ac-
cipiunt! Unde igitur tanta infirmi-
tas, ubi paullo antè tanta vigebat
virtus? quia viscera, mens nempe,
pravis dogmatibus, cor pravis affe-
ctionibus, quasi arcana Phthisi,
vitiata sunt.

Venio ad *Pallorem velutum*. Ubi
Virtus calet, & ferret, Dilectus
candidus est, & rubicundus. Can-
dor Puritatis dos est; Rubor Ve-
recundiæ. Verecundia autem ex
Pars II. G Tūl-

(a) *Ad Phil. 4. 11. 13.* (b)

Tullii etiam sententia , (a) *Custos omnium virtutum est.* Quid ? alibi Tullius *verecundiae Magistratam facit Naturam*; quare : (b) *Retinenda est igitur*, inquit , *Verecundia, praesertim Natura ipsa Magistra*, & *Dace*. At ubi tepeficit *Virtus*, istismodi & *Rosae*, & *Lilia defuns*. Subaudiantur voculæ quedam minus caute ; nec tamen *virgineus rubor vultum invadit*, ut olim . Et hoc indicium est exulcerati cordis. Odium illud vetas, & horror vitii elanguit ; ut exclamare liceat cum *Jeremias* : (c) *Quomodo obscuratum est aurum ; mutus est color optimus ? Candidiores (olim (Nazarejus) Religiosi viri hi erant ea tempestate) vive, rubicondores ab ore antiquo Desigrata est super carbones facies eorum , & non sunt cogniti in praesenti.*

De

(a) *De Part. Orat.*

(b) *L. i. de off.*

(c) *Lament. 4. L. 7. &c.*

De Gravementia ambelici quid dicam? Nec nomine sur in vobis (a). Ergo-ne fieri potest, ut Jesuca eructet aut verba, aut enigmata minus casta? dogmata tria sana? S. Aloysius Gonzaga habitu peregrini Wolfgangus de Asch, clementia sua studiosissimum, & Germania Romanum comitabatur. Cum offendit in par Religiosorum Virtutum, inhonesta blaterantium. His celestis Peregrinus: *Ad me*, ait, *puratis*, *bisce sermonibus usum alii Fundatorem vestri Ordinis, sibi celum comparasse?* (b) Immo vero Fundatoribus dicere poterat, dum vivebant, quod scribebat Apollinaris Sidonius (c); *Comitansibus vi-*

G 2

. fti-

(a) *Epp. 5. 3.* *ad adorat.*(b) *P. Alex. Mainensis in Vetus Ital. S. Aloy. h. 3. c. 6. et Hist. Wolfgangi, inscripte;* Aloysius, auctione P. Bidermannus.(c) *L. 8. ep. 14. ad Principium,*
s. i. Op. Stirmondi Edis. Reg. Paris.
col. 108 sec. et 109 v. 10. 11. 12. 13.

*Simis caritatis ; castitatisque ; fla-
grantissimum incensum subribalisa cor-
dis adolescentis.*

Denique *Præpostoram Jesuitæ
gustum appello*, quo nauseat Ani-
mus super cibo levissimo divino-
rum Mysteriorum, Meditationum,
piorum Librorum, Sermonum de
rebus piis, Exercitiorum etiam ;
& quo Ægypti carnes exoptat cum
Hebreis, pompas, divitias, hono-
res, magistratus, libros denique &
mollissimos ; sanctissimos non item.
Adde juvenilia desideria, quæ jube-
bat Timotheo Paulus, (a) ut fugeret.

Accedit his malis negligentia
ægroti, ut convalescat ; qui postre-
mus gradus est obdurati animi,
ut vidimus Parte prima, med. 4.,
pag. i 17. Inde fit ; ut cælestis Medi-
cus videns eum, saper eum fleat,
dicatque : *Clarivimus Babylonem,*
& non est sanata ; quia medicamen-
ta non adhibet, medico non obr-
edit : *derelinquamus eam*. Nihil al-

(a) 2. Ad Tim. 2. 22; 1 Cor. 6. 18.

tra desideratur, ut morbus agrotum ad incitas redigat, ut consumat præter expectationem ipsius, non autem præter expectationem sapientum; qui id portenderant jamdudum. Tunc accident ruinæ. Audi non sine horrore S. Hieronymum: (a) *Et Sancti enim corrunt, si fuerint negligentes;* & Baruch, IGNATII nomine, ajentem: (b) *Nuntiavi enim illos cum jucunditate;* dimisi autem illos cum fletu, lactu.

Concludam duplice exemplo; altero ad horrorem stationis in hoc primo Gradu; altero ad remedium tanti mali. Primum leges multis relatum a P. Philippo Alegambe. (c) Paucis referam non sine con-

G 3 ster-

(a) *Ep. 92. ad Julianum cl. 6.*
p. 2. l. 4. Edit. Maur.

(b) *Vatic. 4. 11.*

(c) *De Mort. Illust. Jesuitarum,*
ad ann. 1652.

sternacione . P. Christophorus Fer-
 reira , Evangelicus Praeco in Japo-
 nia , dicebatur in religiose disciplinae
 accuratio nonnihil fuisse remissior
 adeo , ut jam tam futura sua pro-
 lapsioni prolusterit , evomi dignus ,
 quia cepidus . Tanti ei stetit Statio
 in hoc primo gradu ante mortem .
 Nimirum tormentorum vi turpiter
 a Fide defecit . Et multò pluris stet-
 tisset , nisi Dei Misericordia voces
 audisset Apostolicæ Societatis Japo-
 nicæ , in qua Oratio fiebat sine em-
 termissione ad Deum pro eo ; audi-
 vit autem ita ; ut Ferreira defectio-
 nis infamiam sanguine , & marty-
 rio delerit suo , ut ibidem apud
 Alegambe videre est . At non pal-
 sin divinæ Bonitatis miracula spe-
 randa sunt : equidem de Jesuica
 deside , hærente in primo gradu ,
 pessimè ominor . Illud autem præ-
 settum , ne tandem aliquando , transla-
 ctis corporis gradibus , præcipitet
 in vicia ; ut coactus sit cum Augu-
 stino in assimiли eventu lagere :
 Væ ! vae ! quibus gradibus deducatur
 sum

*sua in profunda Inferi! (a) Ne
hoc oīū dicam , dicendum mihi
in præsenti est , firmo animo : Po-
siūs mori , quād scipidus fieri . Hæc
verba (quòd ea sçepenumero usurpa-
bat vivens Gilbertus Midleton ,
Juvenis noster) suffecere argumen-
tum Laudationi super mensam ejus
virtutum , sanctissimè extinti in
Romano Collegio. (b).*

P A R S II.

*Statie in primo Gradu
detrimensoſa est in Morte .*

Pater Barnabas Vechia (qui
sanctissimè decesserat Bisbonæ)
se videntem præbuit P. Salvatori
Susæ , amico , & familiari suo , eum-
que , ut ne sisteret in hoc detrimen-
toſo primo gradu , sed ultra per-

G 4

ge.

(a) L. 3. Conf. c. 6. n. 11.

(b) Nadasi A. dier. Mem. ad diem
12. Aug. ann. 1639.

geret, in eundem intendens minaces oculos, excitavit his verbis: (a) *Vinam saperent, & intellicherent, ac novissima providerent!* (b) *Enim verò si hæc providerent, & intelligerent, saperent, viderentque, quām detrimentosa sit hac statio in primo gradu in Morte; idque scribus de causis; quarum prima spectat antea tam vitam, altera præsentem conflictum, tertia futuram coronam.*

Scilicet si vixeris contentus unicè vitare graves noxas, quām facile est, te morientem conscientiā præteritæ vitæ exanimari, & a spe salutari exturbari, ac dejici? Superiores culpas, & legum violationem vel ipsum Dæmonium malum, non illustrabit solùm nobis, sed magnificabit etiam, vel a prima atacula. Quare mihi videtur Dæmonium morientes quosque & Telescopio instruere; ut res malè
ge-

(a) *Aguil. Hist. Prov. Sic. p. 2. c. 1.*
n. 27. (b) *Dene. 32. 22.*

gestas a primo tempore respiciant;
& *Microscopio*; ut minima quæque ipsis grandescant; cosque con-
sterner, vel copia culparum; vel
granditas. Pròpterea quisque mo-
rientium passim a Davide sibi mu-
tuari ea verba solerat: (a) *Confi-
tebor tibi, quia terribiliter magnifi-
catus es: mirabilia opera tua;* &
*anima mea cognoscit nimis. Nimirum
inquam; quia præsertim vitam vi-
xerit in Ordine Luminis: quo elo-
gio Societatem nostram célébravit
S. M. Magdalena de Pazzis. Quid?
Vel Socii sanctissimi in morte, tran-
sactæ vitæ consideratione, exhorru-
re. Duobus exemplis contentus
sum.*

In Collegio Bracharensi anno
1565: Michaël Barrius, vir doctri-
na, ac pietate conspicuus, tamen
supremo tempore gravissima diffi-
dentiæ tentatione (de qua, Deo
juvante, triumphavit) vexatus
est. Historicus, post narrationem

G 5 sub-

(a) *Pſ. 138. 14.*

subdit; id describi; (a) Ut admoneantur degeneres, ubi in illum cardinem venerint, quid se sperent animi habituros. Moriebatur in Collegio Romano Juvenis quidam noster (quem omnes spectatam vitæ innocentiam cum S. Aloysio Gonzaga conferebant) sed adeò coasteratus timore moriebatur; ut nihil supra potuerit. Animum morientis recreabat P. Stephanus Tuccius Cæli commemoratione; cui aioribundus; (b) Quæ alieno, Pater, tempore gaudia commemoras! O quam mensuenda mibi se objectant in tam ancipiti rerum mearum articulo quotidiane vita labeculae, quæ cælestium Mentiūm aciem non effugiunt; Dei laedunt occasi; & perfectissimos etiam viros diuino conspectu indignos reddunt. Representante Patre Dei Misericordiam, Christique vulnera, suscepit Juvenis: Ebeu, Pater! Sæ in eo tu effas loco, quo equidem sum, nouiſi

Ju-

(a) Sacchinus p. 3. l. 1. n. 127.

(b) Aguil. p. 1. c. 13. n. 21.

*Judicium, & Penas imminentes
versares animo! Ea responsa, val-
de ponderosa, effecerunt; ut qui
sanctus eras, sanctificaretur abhuc.
Tuccius ex ea tempore emenda-
tiorem auspicatus est vitam, &
sanctiorem. Adverte hoc loco, quod
dicebam, hos moribundos Socios
instructos fuisse & Telescopio, &
Aldinascopio: hiac illi timores, hinc
illa consternatio.*

Altera causa, cur statio in hoc
primo gradu detimente erit in
morte, in eo sica est, quod
qui in vita, adversarius noster Dia-
bolas, tanquam Leo rugiens, circuit
quaerens, quem devoret; in morte
descenderet, pugnaturus, baberat iram
magnum, sciens, quia modicum tem-
pus haberet. Descendet autem ad Je-
suitam desidem, & pigrum, hujus
Stationis avatarem, magna spe ple-
nus. Morti proximus, intemerat
cuis in Matrimonio Virgo, S. Fitzear-
tius, Comes Ariani, (a) pra-

G. 6 ho.

(a). Serius e.g. Coll. ad 27. Sept. C. 33.

horrore attonitus, in hæc erumpit
verda: *Magna est Dæmonum vis!*
Licet paullo pòst, fluctuatione illa
quiescente, tranquillus exclamârit:
Plane vici. Mox addidit: *Totum me
diuino judicio commicere:* & vultu
radiante, extinctus est. Si tamen
vixisset torpidus in primo hoc gra-
du, incertum est, an addidisset: *Pla-
ne vici;* an adeò Deo físus, latu-
que occubuisse.

Nescio, an Jesuita, virtute non
similis Elzeario, similia experietur
fata, iuvita magna Dæmonum vi;
præsertim si adeò piger fuerit in
refellendis tartareis Hostibus, dum
vivebat; ut nihil certi ex ea pa-
gnâ valuerit asserere: an vicerit?
an manus dederit? At, inquies:
Dei quippe est adjuvare. At quid
cum? Errata hæc sententia est ex
capite XXV. Libri II. *Paralip.* Ve-
râm ibidem capite XV. legimus;
Azariam, Vatèm, Asæ, Regi Jur-
dæ, qui Victor e bello regredie-
batur, quasi in Victoriae Epini-
cium, dixisse: *Dominus vobiscum,*
quia

quia fuistis cum eo . Si quaesieritis eum , invenietis ; si autem dereliqueritis eum , derelinquet vos . Uno verbo : Jesus Jesuitæ par pari refrecte , eo salebroso tempore . Si igitur piger vixerit , & Deo vocanti ad perfectæ virtutis professionem , renuerit eo intercalari effato : Non possum : non teneor : & Jesus huic pigrō (urgente a tergo morte) ipsius opem imploranti , & exquisita , ac palmaria auxilia , respondebit : Possum utique opiculare dono Perseverantiae ; possum largiri coronam : non teneor tamen ex jure , neque ex promissione . O atrocem vindictam oscitantis pigritiæ !

*Et ecce sensim oratio descendit ad tertiam causam , cur statio in primo gradu detrimentosa sit immorte respectu futuræ Coronæ . Enimvero quid de hac omninandum , si moribundis iratus Jesus reponat : (a) *Vocavi , & renui- sis . . . Despexistis omne consilium meum**

(a) Prop. I. 24. — 26, 28. — 31.

meum (non meminit præcepti , sed
solius consilii) & increpationes meas
neglexisti . Ego quoque in inscriu-
vestro ridebo , & subsannabo vos ,
cum iudobis id , quod timebatis adver-
teris Tunc invocabunt me ,
& non exaudient et quod exo-
fam habuerint disciplinam Co-
medent igitur fructus viæ suæ , suis-
que consiliis sustentabuntur . Proh-
überem meditandi , & timendi se-
getem ! Ne vero pigritiam , & sta-
tionem in hoc primo gradu sua-
deat Revelatio de Salute Jesuica-
rum , & Corona : accipe Revela-
tionem aliam ; quæ a nobis omnes
temeritatis deleat vestigium ; si
quod vel leviter in nobis pressum
ab ea est . Totus erat in flagran-
tissimis precibus S.Robertus , Abbas
Cisterciensis in Anglia , (a) obor-
tisque lacrimis pro sua , suorumque
salute orabat Deum . Cùm divini-
tus vox ipsi illabitur , quæ hæc in-
- sa-

(a) Bolland. t. 2. Janis ad diem
7. pag. 48. ex Joanne Capgravio .

susurrat : Confortare , Fili , quoniam
 exaudita est deprecatio tua : Et no-
 mina Pisorum tuorum , pro quibus
 rogasti , in Cælis scripta sunt . Soli
 enim duo de numero illorum in ter-
 ra scripti sunt ; quia cor eorum e
 terrenorum amore nūquām reces-
 sit . Exitus visuū probavit ; adden-
 te Historico : Nec multū pōst diu
 Conversi , relitto Ordine , vitam iu-
 saculo miserè finierunt . Oh quarti
 stetit his miseriis prope mortem
 (quam miserrimam oppetere) Scat-
 tio in primo gradu ob amorem in
 res terrenas ! Simili infortunio in
 omnem æternitatem lugebunt , qui
 e Societate in hac stacione , tota
 oblitia periculis , adhuc perseve-
 rant ; fieri enim , ut , salvis Sociis
 ipsi , exauditorati , extra Societatis
 castra pereant , nequicquam vigen-
 te *Revelatione de Salute Jesuita-*
rum , Et Corona . Hæreat igitur
imis medullis Sacchini (a) anno
camporum . Summa rei laxamen-
tum

(a) *P. 3. Hist. L. I. p. 47.*

tum, vel modicum, pestilens est vi-
tio facta, unde cetera sensim labent,
ac ruant, animus etiam in tarta-
reum præcipitum.

P A R S III.

Statio in primo Gradu

Detimentosa est post Mortem.

Verum esto (quæ Dei Clemen-
tia est singularis, & Patien-
tia, & Largitas) qui in hoc ver-
fatus est gradu, dum vivebat, gran-
dia non peccasse peccata; dum
moriebatur, non perisse; atque
ad eò ipse stationem in primo gra-
du detimentosam non fuisse ante
mortem, & in Morte; detimentosa
tamen certe erit post mortem.
Nihil tamen pigram diutinè stationem
alii consequuntur statio, sed actno-
fa, sed diuturna statim à Morte in
piaculari igne, ubi Deus obvios
quosque Animos his excipiet ver-
bis: (a) Et convertam manum meam
ad te, & exequam aū purum scoriacum
tuam,

(a) *Izai. c. i. 25.*

taam , & auferam omne stamnum tuum . Hanc Dei severitatem in Sponsas illas suas repræsentat Malachias , initio capit is 3 : Et sedebit constans , & emundans argentum , & purgabit Filios Levi , & colabit eos , quasi aaram , & quasi argentum : si igitur argentum , & aurum multum scorix & stamni secum fereat ; diuturnitate ignis opus erit ad excoquendum , ad emundandum , ad purgandum . Etiam animis illis , licet ad cælestes nuptias designatis , Omne per ignem excoquatur vitium . (a)

At Deus bone ! per quem igneum acerbissimum , atque dirissimum . Auctor Libri de vera , & falsa Pœnitentia , hæc ad rem docet : (b) Prius purgandus est Animus igne purgationis , qui in aliud sacerdotum distilit

(a) Virg. 1. Georg.

(b) Cap. 18. In app t. 6. op. S. Aug. Edit. Maur. , & refertur c. Qui in aliud dist. 25. , & alibi , & in 4. dist. 20. c. Sciendum .

lit fructum conversionis; hic autem
ignis, et si aeternus non fuerit; mis-
tro tamen modo est gravis; excellit
enim omnem paenam, quam unquam
passus est aliquis in hac vita; nun-
quam enim in carne tanta inventa est
paena; licet mirabilia passi sint Marti-
re reformata, & multi nequiter ini-
quitatis saepe fuisse miseris supplicia. Et
sapienter sic concludit: Seudeat ergo
sic quisque delicta corrigere; ut post
mortem non oporteat paenam tolerare.
Attamen est aliud dirior ignis, qui
mirabiliter etiam Animum cruciet
in eo tormentorum loco, ignis desi-
deriorum, quae Deum videndum
suspirant.

Nimirum longè ardentius, quam
David, & sine ulla intermissione
quisque sanctorum illorum Animo-
rum clamabit: Quando veniam, &
apparebo ante faciem Domini? Res-
pondebit Dominus arcana quadam
voce, verbis, quæ olim se dictu-
rum promisit: (a) Amen dico tibi:

non

(a) Mattb. 5. 26.

*non exies inde, donec reddas navis-
simum quadranteum. Ubi Absalon
sensit, se rediisse in gratiam cum
Patre; attamen sibi interdictum
aspectum Patris, quem tunc ama-
bat, & a quo sciebat, se amari, te-
stacus est, sibi majori esse molestiae,
quod prope Patrem esset, quod
gratiosus Patri, si tamquam pro-
ximum Patrem, & sui amatorem vi-
dere non posset: quare ingenuè pro-
fessus est, se beneficij loco acce-
pturum mortem, quam ab aspectu
Patris arceri. Igitur instar vulne-
rati Leonis hoc modo rugiebat: (a)
*Quare veni de Gessur? Melius mi-
hi erat ibi esse: obsecro, ut videam fa-
cient Regis: quod si memor est ini-
quitatis meæ, interficiat me.* His vo-
cibus commotus David ad con-
spectum admisit Absalonem suum.
At Deus tunc sic suspirantibus an-
teactæ vitæ pigritiam reprobrabit;
& tergum dabit, non faciem. Proh
quale erit hoc supplicium impense
aman-*

(a) 2. Reg. 14. 32.

amantibus, Deum non videre, Deo
frati non posse! Vel de profano Amo-
re canebat Anacreon: *Durissima*
omnium res: amare, nec potiri?
Quid ergo dicas, ubi Bonum,
quod amas, & verum Bonum est,
& summum; & amor castus, atque
necessitatis?

Interea Cælestes Genii descen-
dunt horis singulis liberaturi clien-
tes suos Jésuitas, ut e carcere in Re-
gnum evehant. Miser animus Je-
suitæ, dum vivebat, corpore tabe-
scens, singulos compellat, a sin-
gulis sciscitur: *Quam spem de*
Libertate ipsius tua afferat? Unus-
quisque cælestium Legatorum res-
pondebit verbis Osea: (a) *Dies*
multos expectabis; & addet: *Se mis-
sum, ut in libertatem vindicet Clien-*
tem suum, olim germanissimum Je-
suitam, quam maximè laborum
patientem, religionum studiosam, ani-
morum sicutem, mundi osorem,
amatorem Cæli. Tunc verò, qui
do.

(a) *Osea 3. 3.*

dolor! quæ confusio! quæ pœnitentia! quæ angustia! qui moror! qui luctus! Quæ tamē omnia desiderium non extingunt; sed citius instar rexantis aquæ accendunt magis magisque; ut pauculi dies videantur solidæ saecula, præ amoris magnitudine. Adde, quodd., (ut advertit S. Gregorius: (a).) Desideria dilata crescunt, ubi præfserim viri amoris intencionem multiplicat inquisitionis: addo: ubi manus officiis spes, & vota se fovere: quemadmodum contingebat Josepho in Agyptico exercitu; & quo per Patronum suum in horas singulas sperabat libertatem, quam irrequieto desiderio expectabat. Pele consumptus est F. Franciscus Costa, virtute noa vulgari. Post quædraginta a morte dies, parum suffragantibus tot religionibus, tot precibus, tot Sacrificiis, apparet Rectori suo, iustris in-

(a) In 2. Hom. hom. 25. in Evang.
n. 2. s. 1. Op. edit. Maur. n. (1)

involutas flammis, & admirant-
ti se rata diuina pietate, viro
faneto illata, respondit: Illud wo-
nes perfunsum maximè velim, seve-
rissima apud Deum eorum, que in bu-
mantis geruntur, exerceri iudicia. (a)

Que cùm ita sint & a seve-
rissimo iudice maximè atrocem,
atque diutardam, certain sit, irro-
gari iis pœnam, qui desideris in
hoc primo gradu, dom vivant,
pigrantur; jam claret, quam de-
trimentosa sit. *Scatio in primo gradu*
post Mortem. Verum quid juvat
pacere malum, nisi male consulas?
Consules autem huic tanto male tri-
fariam. In primis, si eam vicem vi-
vas; ne ex fœtus, similis sis P. Pan-
do Achilli. Hic post mortem se spe-
ctandam dedit, afferuitque, se re-
gna in celum avolasse, & credito-
rem potius, quem debetorem ante
Christi Tribunal stetisse. (b) Dein-
de tibi sic in amoribus Magna Ma-
ter

(a) Aguil. p. 1. c. 9. 183

(b) Ib. c. 11. Alio 13. 1. 1. 1.

ter, MARIA, quam eximiis prosequaris pietatis officiis. Ipsa (qui ejus est egregius in Societatem Amor) Patri Hieronymo Carvalio per visum testatur: *Sed magnum curam gerere Jesuitarum, qui vita funeti sunt, ut quam primis episcopularibus eos vindicet flamnis.* (a) Denique quoniam ait Christus Dominus: (b) *Date, & dabitur vobis Eadem quippe mensura, qua mens fueritis, remetetur vobis;* acceleremus cælata iis Animis, qui in eo ergastulo tam atrociter cruciantur ab utroque illo, nec brevi, igne, exquisitissimis religionibus. Præfectim, quia id putabat pertinere ad Finem Societatis R. P. Laynez, ut quæ cò collineat, ut animis opera ferat, quoad potest. Quare Jesuitas hortabatur ad has ferendas suspectias: (c) *Ave, iusta pessima con-*

sa,

(a) *Apud Joann. Eus. Nieremb. I. de Amore in Virginem c. 12.*

(b) *Luc. 7. 38.*

(c) *Sacch. p. 2. l. 2. n. 89.*

se Societatis caritatem, quasi imperfetam, & mancam accusandi: & merito liceat conqueri, se medio itinere, eoque loco destitutos, nbi nullam omnino sibi opem queant afferre. Id, quod præsertim velim intelligas potissimum de animis Sociorum. Tria hæc si religiosè præstemus, cum effectum dabimus consilium Apostoli: (a) Festinemus ergo ingredi in illam requiem, vel nulla, vel breviusculâ in illo ferali carcere morâ, quò, a corporum custodia liberati, Animi amandari solent, expiaturi labeculas omnes ex eo, quod non intrabit in eam (Requiem Beatam) aliquod coiquitvium (b).

E X E M P L U M .

QUæ hactenus dicta suat, suo dāmo, & nostro exemplo, olim expressit luctuosissima quædam Tra-

gœ-

(a) *Ad Hebr. 4. 11.*

(b) *Apoc. 21. 27.*

gœdia : cuius theatrum extitit celeberrimum cæteroquin Collegium Conimbricense nostrum. Primus hujus Tragœdiæ actus sit de *Fervore eorum* Sociorum : alter actus sit de eorumdem *Languore* : tertius de eorumdem *Ruina*: ut tanto eventu discamus , quam detrimentosa sit statio in primo præfato gradu ; præser-tim si e secundo ad eum primum, præpostero consilio , suamet relegendo vestigia , quis retrogredia-tar .

Quod spectat ad primum actum , narrat hæc Orlandinus : (a) „ Seriò „ res agebatur , & precationis stu- „ dium , sicutisque colloquendi cum „ Deo in iis Patribus ardens erat . „ Nullus tum precationi modus , nul- „ li termini a legibus constituti , ni- „ si fortè , quos præscriberet orandi „ dulcedo , ut etiam extra precandi „ tempora , vel aliud agentes , nec „ sentientes , orarent . Nulla eorum

Pars II.

H

„ col-

(a) 1. P. Hist. l. 7. n. 74. 75. ad
a. 1547.

„ colloquia , nisi de Deo ; nec aliud,
 „ nisi Deum, illorum congressus, cō-
 „ saetudoq; redolebat: cuius odore ,
 „ qui propriūs accederent , excitati,
 „ ne ipsi quidem audebant alios co-
 „ ram iis inferte sermones . Quippe
 „ eorum dumtaxat vultibus contem-
 „ plandis in eam de ipsis opinionem
 „ veniebant, ut tanquam Deo plenos,
 „ & supra fastigium hominum collo-
 „ catos revererentur , ac colereat .
 „ Quid crucis mortificationem me-
 „ morem ? quid varias, multiplicesq;
 „ sui deprimendi, ac demittendi vias?
 „ Hos ardores ponderosā , plenāque
 „ sapientiæ de studio perfectionis
 „ epistolā B.Pater ab Urbe laudavit,
 „ erudiitque , docens , quām ad ex-
 „ celsum vitæ genus vocati essent,
 „ quot haberent præsidia , quām ti-
 „ menda remissio &c. Quis non hos
 Socios in tertio illo, superiūs ex-
 presso, gradu collocatos eo tempore
 putet ? Sed audite , qua ratione ad
 secundum ; deinde ad primum re-
 gressi sunt , ostendentes , præsen-
 tione quadam animi ab IGNATIO
 scri-

scriptum, valde remissionem (nempe statuam in primo gradu) timendam.

Et ecce tibi secundus Tragedie actus, sic expressus ab Orlan-
dise: (a),, In Lusitano Regno Socie-
,, tas mole jam sua laborabat
,, Recepti sunt sanè permulti (nul-
,, lo habito delectu) adeò ut anno
,, superiore alumnos centum , &
,, quadraginta Conimbricensis Colle-
,, gium numeraret Neque Simon
,, Rodericius (qui Lusitaniz præterat)
,, curiosius laborabat , ut quam
,, audiebat IGNATIUM tenere Socie-
,, tatis regendæ viam , eam & ipse
,, consecraretur , sed suæpce naturæ
,, lenis , & indulgentior , alios tra-
,, tabat sœpe remissius . Inde , quod
,, numero in cætu , ac peregrinu-
,, interioris hominis disciplinâ , in
,, summo ætatis ardore , in literarum
,, assidua tractatione necesse erat ,
,, facile est consecutum : solvi paula-
,, tim obedientiam , curari studiosius

H 2 „ cor-

(a) L. 12. a. 54. ad A. 1552.

„ corpora , frigere studie divinæ sa-
 „ pientiæ; contraque sic terrenæ vi-
 „ gere , ut nec decesset , qui scomma-
 „ ta jacere , & mordaciores condere
 „ versus auderet . Manabat latè ma-
 „ lum &c. Vidimus casum , & qui-
 bus gradibus : delibemus rui-
 nam .

Restabat tertius actus , sanè la-
 Quosissimâ conclusus Catastrophâ.
 Sensit hæc IGNATIUS , & remedium
 a Capite est aggressus: Simonem a
 Provinciæ gubernaculis , & a Lusi-
 tania removet . Folia pura permul-
 ta dat , suâ subscriptione commu-
 nita , ut si opus esset , quibuscum-
 que expediret, is reddenda curaret,
 qui Simoni succederet . Mitto inter-
 media certè valde turbulentia: venio
 „ ad ultima: Multi, ait Historicus (a)
 „ qui medicinam non patiebantur ,
 „ & noxii erant exemplo, vel emissi,
 „ vel sponte dilapsi . Tredecim e Ju-
 „ nioribus, tamquam recudendi sub
 „ Tironum Magistro , ad S. Felicem
 „ mis-

(a) Ib. num. 59. 60.

„ missi, ex quibus tandem vix unus,
 „ aut alter in Societate permanxit &c.
 Inter hæc & ex defectione multorum , & ex rumoribus , inde per urbem gliscentibus, acerbissimum animo dolorem capiunt Socii , qui reliqui fuerant , Rector præsertim Emmanuel Godinius , & accensi omnes, iratique sibi , & divinum quemdam spirantes ardorem , numero amplius sexaginta, validè sese cedentes, egrediuntur per urbem .

Hac supplicatione descripta , sic prudenter hanc Tragædiæ tam feralis imaginem absolvit Orlandinus n. 64: „ Non defuere , quibus „ hæc sancta quædam stultitia vide- „ retur . Necessarium certè exemplum „ tale non fuit : mirum tamen quan- „ tum & animos civium , calumniis „ desertorum exulceratos , leniit , & „ sociorum pectora , quodam quasi „ horrore perfusa , graviterque con- „ cussa , ad suscipiendos cœlestis sa- „ pientiæ satus instauravit . Inde „ quasi ab secunda origine rite con- „ situm , radicibus per adversa altè

„ jactis , ac stirpibus segregatis in-
 „ commodis, Conimbricense Colle-
 „ gium lætiūs , feliciūsque refloruit,
 „ ediditque deinceps perenni uber-
 „ tate Europæ , Africæ , extremisq;
 „ Afiz gentibus saluberrimas fruges.
 „ Laboriosa quoq; Patrum præcipuo-
 „ rum valuit vehementer industria
 „ ad nomen pristinum, decusq; Col-
 „ legii sustinendum &c. Tamen hujus
 incendii favillæ reliquæ maxime
 cursu temporis noxiæ fuerunt , ut
 narrat Juvencius initio l. xi.

Deus faxit , ut simili horrore
 ad hæc perfundantur nostra peccata-
 ra , graviterque concutiantur , ut
 similes edant fructus ; & semper
 ante oculos habeant , quam detersi-
 mentosa sit statio illa in primo præ-
 fato gradu .



IN-

INDUSTRIA DUODECIMA.

*Tentatio contra Superiorem
cum aversione, & diffidensia.*

DEFINITIO.

Tentatio hæc in eo est posita, quod Subjecti animus inciseretur contra Moderatorem suum; ab eodem abalienetur; de ejusdem animo diffidat. Hæc tentatio familiaris fuit Hebreis in itinere ex Ægypto in Palæstinam contra ipsius Moderatorem Moysen. Hac tentatione legimus laborasse P. Petrum de Ribadeneyra, cum esset Juvenis, contra S. P. IGNATIUM. Hic morbus adeò gravis, & pestilens Deo visus est; ut igne curatus sit; quamplures enim eorum ignitis serpentibus vel vulnerati, vel extincti sunt, (a) & ducenti quinquaginta igne consumpti sunt, (b) Verum quidem est, ejusmodi Hebreos locutos esse contra Moysen, & contra eum surre-

H 4

xif

(a) *Num. 21.6.* (b) *Ib. 26.10.*

nisse. At quām facile est , ut ex animo abalienato , & diffidenti erumpant , & eructentur **contra** Moderatores ii sermones , unde quasi conspiratio contra eos coëat ?

C A U S E .

Prima eadem est , ac fuit Hebræis , qui , locuti contra Moy-sen , serpentum morsibus perire : Tadere caput populum itineris , & laboris ; locutusque est contra Deum , & Moy-sen . (a) Quidam Jesuitæ , tædere si eos cœpit itineris ad Perfectio-nem , & laboris disciplinæ , loquen-tur facile contra ducem itineris , contra exactorem laboris . Secunda ea-dem est , ac fuit Hebræis , qui , sur-gentes contra Moy-sen , in cinerem reda. & i sunt . Seditio enim facta est , post-quam noxiorum sanguis effusus est . (b) Contingere potest in familia nostra ; ut ejusmodi excitentur turbæ con-tra Rectorem , ubi hic ex IGNATII præ-

(a) *Num 21.4.5.* (b) *Ib. 26.1.9.*

præcepto effundit quasi sanguinem
noxiōrum; seu ubi punit Legum no-
strarum violatores. Tertia esse potest
auctoritas obloquentis ferocissimè
contra Moderatores. Concivit se-
ditionem contra Moysen Core; in
ea non sese implicarunt filii ejus,
invita auctoritate Patris. Hoc nar-
raturus divinus Historicus Num. 26.
10. 11: *Et factum est, ait, grande
miraculum; ut, Core percunte, Fi-
lli ejus non perirent.* Quarta cau-
sa diffidentiæ potissimum esse potest
falsa suspicio, & levis. Quinta ejus-
dem diffidentiæ causa, justa in spe-
ciem, esse potest Moderator ipse qui
acceptor sit personarum, qui nempe
ex S. Thomæ interpretatione, (a)
accipit pro causa conditionem perso-
næ, quæ non facit ad negotium.

H 5

PE-

(a) Quodl. 4. q. 10. a. 15. C.

Primum est , ne ab alienatio,
 & dissidentia adeò invalescat ; ut
 præcipiti consilio , quò ab eo te-
 liberes , nuncium Societati remit-
 tas , ut non paucis contigit . Se-
 cundum , ne omnia , quæ a Recto-
 re fiant , jubentur , disponuntur ,
 perperam interpreteris , ei similis ,
 qui , viciatio Stomachi fermento ,
 quidquid in eum ingerit cibi , ex-
 templo vitiat . Tertium , ne quis sit
 similis ei Draconi ; de quo S. Joan-
 nes Apoc. 12.4. Et cœda ejus traxit
 tertiam partem stellarum cœli , &
 misit eas in terram . Quia nimirum
Magnus , multis redimitus coronis .
 Qui magnus est , multis peractis
 honorificis magistratibus , & munc-
 ribus , facili negotio exemplo suo
 tertiam partem familiæ trahet con-
 tra Rectorem .

REMEDIA.

Sagacissimè Aquaviva sic com-
 pellat Moderatorem , cui uni po-
 tif-

tissimum commendat hujus morbi curationem: Postremò nihil prætermittat per se, & per alios idoneos, quod ad eximendas suscipiones, & gignendam amoris sui opinionem facere possit, certus, nisi hoc fecerit, nulla medicamentorum genera profutura. Verum, si hoc non fecerit, studeamus nos, ut malo ipsis nostro consulamus. Tunc igitur primum remedium erit, ut incamus cum Societate illud pactum, quod invit P. Gaspar Druzbicki: (a) Tuum erit, o Societas, imperare mihi abjectissima & vilissima; meam erit obtemperare absque mora, murmure, excusatione, differentia Nolo rationem mei baberi in ulla re.... Nolo pro laboribus meis ullam gratitudinem ostendi; sed omnia tamquam mancipii opera sepeliri, accontemni. Secundum, ubi tibi aliquid defertur de Rectore, esto (b) se-

H 6

can-

(a) C. 11. ejusdem vita, Autore P. Daniele Pavlovovski.

(b) T. f. 57. 5. 6. 7.

cundūm similitudinem serpentis ; sicut
aspidis furda , & obturantis aures
suas , quæ non exaudiet vocem incan-
tantis , & benefici incantantis sapienter .

Tertium , cave , ne in æstu aver-
sionis scribas ad Moderatores su-
premos : vel si tibi auctor est , qui
est a Confessionibus , ut scribas :
epistolam diu asserves ante Iconem
S. IGNATII . S. Leo epistolam con-
tra Eutychetem (a) imponit in alte-
re ante sepulchrum S. Petri , dicens :
*Si quid , ut homo vel minus cautè
posui , vel etiam omisi , Tu (cui a
Domino Deo , Salvatore nostro , f. C.
& sedes hæc & Ecclesia commissa est)
emenda . Exactis 40. diebus , S. Pe-
trus oranti se videndum dedit , &
Legi , ait , & emendavi : id quod
compertum est . (b) Quartum , om-
nis tergetur ab alienatio , evane-
scet*

(a) Ep. ad S. Flavianum , pro-
bata aet. 2. Conc. Chalcedonensis ; p. 2.
apud Labbè t. 4. Concil.

(b) In Prato Spirit. Joann. Moschi
c. 141.

scet diffidentia ; si oculis fidei Chri-
tum in Moderatore consideres : &
tunc facile erit omnia ejus gesta
æqui bonique facere . Quintum
est consilium S. Pauli : (a) *Contem-*
plantes , ne quis desit gratiæ Dei ;
ne qua radix amaritudinis sursum
germinans impedit , & per illam
inquinentur multi Videte , ne re-
cusetis loquentem ; nempe Christum ,
loquentem etiam per Rectores , qui
bis : Qui vos audit , me audit , ipse
ait , (b) , & qui vos spernit , me
spernit .



HEB-

(a) *Ad Hebreos 12. 15. 25.*(b) *Luc. 10. 16.*

HEBDOMADA
TERTIA
MEDITATIO
PRIMA

*De Studio
lucrandorum Animorum*

PROÆMIUM.



Nonstat a tergo finis:
hinc tertiaz Hebdo-
madæ , (quæ est
de Christi cruciati-
bus,& morte) unicum
hunc septimum diem
dedicamus . Moneo tamen , ne
nomen FINIS aliquid limet de
anteacta sensuum , mentis , animi-
que custodia . Si animi constantia
nos in officio non continet , qui-
dem certè magnitudo periculi vel
a mi-

a minima nos alienatione submoveat. Periculum enim grande est, ne iotempestiva impatientia nos Exercitorum fructu privet. Saul (a) expectavit septem diebus Samuelem. Tamen ob parvi temporis impatientiam illa a Samuele audire ineruit: Seulè egisti, nec custodisti mandata Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc preparasset Dominus Regnum tuum super Iſraēl in sempiternum; sed nequaquam Regnum tuum ultra confurget. Hodie nus septimus est Exercitorum dies. Expectavimus septem diebus; expectemus & octavo die. IGNATIO ergo nunc dicit Deus, quod olim Moyſi: (b) Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras (qui ultimus Exercitorum dies est) Et sicut parati in diem tertiam: (qui primus est post Exercitia, & primus vitæ novæ) in die enim tertia descendes Domi-
nus.

Hu-

(a) 1. Reg. 13. 8. 13. 14.

(b) Ex. 19. 10. 11.

Hujus Meditationis Materies erit Studium lucrandorum Animum; quæ certa Nota est, & præcipua Societatis. Finis enim (a) hujus Societatis est non solum saluti, & perfectioni propriarum animarum cum divina gratia vacare; sed cum eadem impensè in salutem, & perfectionem proximorum incumbere. Huc autem rejicimus hanc Meditationem jure sanè; quia hoc studium nihil magis nobis inspirat, quam consideratio tormentorum, quæ passus est Christus, ut salvos animos faceret. Propterea advertit Directorium c. 35. n. 10: *Potest etiam, & debet concipi magnus zelus animarum (in Passionis Meditatione) quas videlicet Deus tanti aestimavit, & tanto affectu amavit, & tam magno pretio emit: id quod etiam tanquam unum e Finibus generalibus Exercitorum, præsertim Religiosis viris, idem Directorium inculcat c. 9. n. 5.*

Pa-

(a) In Exam. c. 1. §. 2.

Patro^{us}.

Sanctus Thomas Villanovaⁿus, Valentinus Antistes doctissimus æquè , ac sanctissimus , qui Apostolicum Sociorum munus tanti fecit ; ut , si quom Jesuitarum amoveri Valentia cerneret , quere- retur : *Auxilia sibi detrabi* (a) . Et moriens Collegium Valentiniū sibi beneficiarium testamento voluit eo nomine , quod apostolicis So- cietatis laboribus , & industriis , quamplures ex omni ordine , & secta cum Christo in gratiam redi- rent , aut primū venirent . (b) Hoc autem ope Exercitorum ma- gna ex parte. confitum est . Di- gnus propterea Sanctus Thomas est , qui jam in choro cælestium collocatus , patrocinetur nobis Je- suitis in hac Meditatione , quæ no- stra est propria .

PAR-

(a) *Apud Orland. p. 1. l. 15.*
n. 78.

(b) *Apud Lancitium Op. 17. l. 2.*
c. 4. n. 198.

PARTITIO.

I.

*Munus Apostolicum Societati
magno esse debet incitamento
ad Gratum animum.*

II.

*Munus Apostolicum Societati
magno esse debet incitamento
ad Timorem.*

III.

*Munus Apostolicum Societati
magno esse debet incitamento
ad Sollicitudinem.*

FRUCTUS CAPIENDUS.

UT menti hæreat, & opere compleatur Finis Ordinis nostri, quem paullò ante exhibui in Proemio, exemplo Christi in Crucem acti.

HYPOTYPOSIS.

COnsideres Christum e Crucis cathedra te docentem, quod ex

ex eodem loco S. Mechtildem docuit: (a) *Eja condole mibi: & ore pro misericordis peccatoribus, quos tam caro emi prelio, & tantopere ad me convertit cupio.* Præterea astantem Crucis consideres Virginem MARIAM eo habitu, quo eam meditarer Ecclesia, ubi illacrimans, (b) *Piis, o Virgo, ait, spectas cum oculis, contemplans in eo non tam vulnerum livorem, quam Mundi salutem.* Nam Christus Mechtildi (ut ibidem legere est): *Cum penderem, inquit, in Cruce, omnia vulnera mea patetabant, & singula vocem ad Deum Patrem emitentia pro Hominis salute interpellabant; & sic usque hodie clamore quodam Dei Patris iras mitigant peccatori.* Hinc tibi persuadeas Virginem tibi, indicato in eo statu Filio, ardenter haec jubere: *Ex. 25. 40. Inspice,*
 &

(a) In l. Grat. Spir. Vis., & Rev. S. Mecht. l. 4. c. 25.

(b) In Off. de Dol. Virg.

*& fac secundum Exemplar ; quod
zibi in Monse monstratum est.*

P E T I T I O .

POstquam mihi dixero , anima-
to præfata Hypotyposi : (a)
*Miserebor omnis domus Israël ; & af-
sumam Zelum pro Nominc sancto
meo : Jesuita enim vocor ; petam
a Filio , & Matre , animorum stu-
diosissimis : (b) Omne , quod dedit
(Deus) mibi , non perdam ex eo ;
addamque precem S. M. Magdale-
nae de Pazzis , assimilem precibus
Moysis (c) , & Pauli : (d) Domine , si
non facis mibi hanc gratiam dandi mi-
bi has animas quas peto ; dicam & ego ,
me nolle venire ad possidendum Glo-
riam , quam mibi præparasti .*

LE-

(a) *Ezech. 39. 25.*

(b) *Ivan. 6. 39.*

(c) *Ex. 32. 31. 32. ,*

(d) *Ad Rom. 9. 3.*

L E C T I O :

K Empis L. 4. c. 9. *Quod nos, & omnia nostra Deo debemus offerre, & pro omnibus orare.* Ex L. Exercitiorum alter^z Regulae atiles ad pleniorum Spirituum discretionem. Has Regulas, & quas legisti hesterna die, vindicat a calumniis, commendatque maximē Suarez, (a) & advertit sub num. 33: *Nisi exquisitè, ac diligenter hac discetio fiat, magnum periculum est errandi.* Extremo autem numero 34. docet, eas servire tam pro incipientibus, quam pro proficiensibus, vel perfectis. Denique a num. 35. ad 41. de his Regulis egregiè differit, quas tripartitò dividit ita; ut primus fons discernendi spiritus, seu motus interiores, sit *Materia*, circa quam versantur; secundus sit eorum *Finis*; tertius, & difficillimus cognitu, sit eorundem *Modus sens-*

(a) T. 4. de Relig. tr. 10. l. 9.
a. 5. dub. 11.

sensibilis ; seu motio vel intrinsecus,
vel extrinsecus mente , vel volun-
tate , apta , ut sentiatur . Relegit
numerum XXIX. Instruc. I. in Par-
te Prima horum Exerc. pag. XCIL
— XCIV.

P A R S I.

Munus Apostolicum Societatis
magno esse debet Incitamento
ad Gratiam animum .

Gratulaturus Paulus egregia Corinthiorum Ecclesiae in prima ad eam epistola c. i. n. 3: *Fidelis Deus , ait , per quem vocati efficiuntur in Societatem Filii ejus I. C. Domini nostri . S. Pater IGNATIUS , qui multa de coagmentando Ordine nostro permisit Iudicio suorum primorum Sociorum ; hoc ab eis , suo quodammodo jure , (a) postulasse dicitur ; ut , quod ad nomen & vocabulum pertineret , suo id permit-*

se-

(a) *Orlandin. l. 2. n. 62.*

teretur arbitrio . Quare commune Ecclesiæ nomen sibi, ut ajunt, appropriavit; appropriare autem nihil est aliud , inquit S. Thomas , (a) quod commune trahere ad proprium . Suarez : (b) Non defuerunt , ait , viri Catholici , & docti arrogantia Patrum Societatis tribuentes , quod nomen universæ Catholicæ Religionis proprium sibi usurparont . At falsò , nam illud Deo debemus , qui illud insurpavit IGNATIO pluries; ut legere est apud Orlandinum ibidem , & ex vaticanis Oraculis , præsertim Greg. XIV. , (c) pronunciantis : Sic statuimus . Nomen Societatis Jesu , quo laudabilis hic Ordo nascentis a Sede Apostolica nominatus est , & hactenus insignitus , perpetuis futuris temporibus in eam retinendum esse .

At

(a) Qq. disp. q. 7. de Ver. a. 3. C.

(b) T. 4. de Rel. tratt. 10. l. 1. c.

I. n. 9.

(c) Cons. incipiente Ecclesiæ Catholicæ &c. a. 1591.

At non est hæc vani nominis
umbra. Quippe , subdit Orlandi-
us , (a) intelligunt inde , qui in eam
se dicant , non in cætum IGNATII ,
neque ad suæ dumtaxat studium
salutis , sed in Filii Dei peculiarem
quandam Societatem , ac militiam se
vocari ad gestandam post eum Cru-
cem ad bellum , ad aciem , contra
vitia , & Satanam : atque ad illud
urgendum divinissimum opus , pro-
pter quod Jesus ipse , lapsus e Cælo ,
vitam & sanguinem fudit: sub illis mi-
litandum augustissimis signis ; illa omni-
bus inferenda terrarum gentibus . (b)
Suarez : Noscra Religio , ait , ideo ab
Apostolica Sede Societatis Iesu nomine
fuit donata , quoniam ipsi Christo in
salute animarum multis modis coope-
ratur . Quid queris ? Vel pueri in
Societate (de Novitiis loquor) &
ipsi venatores animorum , ubi tiro-
cinii limen attingunt , vix ablacta-
ti

(a) Ib. n. 63.

(b) T. 4. de Relig. tract. p. l. 2. c.
6. n. 7.

*ti a latte, avulsi ab umeribus Parentum,
& Mundi , (quæ Vocationis Gra-
tia, ut ajunt , est) evadunt. Quare in
sacris excursionibus, quas primùm
agunt , similes videntur Feris , quæ,
ut advertit S. Chrysostomus (a), ubi
carnem degustaverunt, (dicam : agi-
mos lucrandos Christo) & sanguinem
humanum biberunt , non facile
abstinent a talibus epulis , sed mul-
ta cum aviditate ad eandem decur-
runt mensam : quam similitudinem
sibi deinde aptat S. Doctor . Quot-
quot igitur Jesuitæ sumus , singuli
grati animi æstro exclamemus (b) :
*Venite, audite, & narrabo , omnes
qui timetis Deum , quanta fecit
animæ meæ . Et mutua nobiscum
gratulatione , pietatis sensum ut
excitemus in largitorem Deum
tam munificum , dicamus alacres
cum Baruch 4. 4: Beati sumus ,
Israël , quia quæ Deo placent , (salus
Pars II. I nem-**

(a) *Initio Or. VI. adversus Ju-
dæos t. 1. edit. Parif. Maur. pag. 649.*

(b) *Pf. 65. 16.*

nempe animarum) manifesta sunt nobis ; quasi nobis magna ex parte concredita , & peculiari beneficio . Quare bellissime definit Je-
suitas , illustrissimus Martyr , Con-
salvus Silveira : (a) *Sacros Negotia-
tiones , & Historiae socios Dei negotiis ,
de iheris occupatos , sorsam divini
sanguinis exercentes .*

Quām verò Societas illud mu-
nus pro dignitate obierit , testor
tertarum Orbem ; testor historias
nostras ; licet sic queratur P. del
Techo : (b) *Primi illi Hercēs (lo-
quitur de fundatoribus ejus Ame-
ricanæ Ecclesiæ ex Ordine nostro ,
quod de reliquis in omni ætate a
Societate condita dici facile po-
test , non sine suavi querela) in
libro vita scribenda facere , quām
multa scribere malebant ; tam sui no-
minis oblitii , quām divina gloria
amplificanda memores . Quām igitur
ami-*

(a) *Sacch. p. 2. l. 4. n. 222.*

(b) *In Hist. Paragu. Prov. Soc.
l. 2. c. 9.*

amica arrisit nobis ex lexitis foreur-
na ; ut in horum virorum ascriberemur albo , & exco ; cuius finis
est , non solum (ut ait S. Pater IGNATIUS decies circiter in Constitutio-
nibus Societatis) saluti , & perfectiori
propriaram animarum cum divina .
Gratia vacare , sed cum eadem im-
pense in salutem , & perfectionem
proximorum incumbere , Iesu Ducis
nostrorum exemplo , de quo Hieronymus :
(a) Cibis ejus , aie , & potius , & deambulatio , & universa , qua gessit in
corpore , salutem hominum procurau-
tunt .

Egregie Nazianzenus scri-
psit : Nihil tam divinum homo ba-
bet , quoniam de aliis beneficiorib[us] . Fac , ca-
lamitofa sis Deus , Dei misericordiam
imitando ; præsertim in sempiterna
eius procuranda salute , non molli
brachio , sed impensa . Hoc autem
tam divinum , ut nihil supra , per-

I 2 v 2

(a) *Ep. ad Damasum incipiente :*
Beatus tuus 1. p. 1. 4. Maur.
edit. Paris. col. 150.

vadit quidquid in Societate ope-
 ratur. Animofæ sententiæ vindicem
 habeo Joannem Avilam, Hi-
 spaniæ Oraculum, & Apostolum,
 non Jesnitam: Hic suis ajebat (a):
 Societas in sublevandis animis sola
 versatur.... Erenim cum ex conser-
 vatione, & incrementis bujus fami-
 lia pendeat magnopere utilitas ani-
 matum (id quod deinde testatus
 est Greg. XIV. in dict. Conſt.)
 quidquid ei conservandæ, ac promo-
 vendæ conducit, ut ipsam lancees, pa-
 triasque purgare, id demum eſtoni-
 mas convertere. Triumphemus igit-
 tur gaudio, quod Jesuitæ simus, me-
 mores nominis, Ducis, muneris:
 Grati simus: Gratitudinis, ait S. Tho-
 mas, tres sunt gradus: Primus; quod
 Homo recognoscat beneficium acce-
 ptum; secundus, quod laudet, & gra-
 tias agat; tertius, quod retribuat
 pro loco & tempore secundum suam
 facultatem. (b)

PARS

(a) Orland. l. 14. n. 1.

(b) 2. 2. 9. 117. a. 2. C.

P A R S II.

*Manus Apostolicum Societati
magno esse debet incitamento
ad Timorem.*

VIdimus, quid sonet Jesuitæ no-
men, quid velit a nobis,
exemplo S. Gregorii Nysseni, cu-
jus extat t. 2. sermo, sic inscriptus:
*Quid nomen Professione Christiani
sibi vult?* at tantum illud munus
apostolicum, quod sonat, quod sibi
vult nomen ejusmodi, *Jesuitæ ma-
gno esse debet incitamento ad Timo-
rem.* Hoc munere, sub nostra ma-
nu est e vitiorum sordibus, ex er-
rorum tenebris animos extrahere
in Virtutis decus, in Fidei lumen.
Igitur Jesuita potiore jure, ut lo-
quar cum Ambrolio: (a) *Infelix, cu-
jus in potestate est, tantorum ani-
mas a morte defendere, & non est
Voluntas!* Etiamvero, qui in Socie-

I 3

ta-

(a) *L. de Nabuthe c. 13.*

tate admodum remissè animorum tractant negotium, tot animorum rei sunt, quot eorum pigritiâ perireunt. An Pastor reus non erit Gregis, a Lupis dilaniati, si id Pastoris negligentiâ intervenerit? Generatim idem S. Ambrosius, vel quis alius e Patribus Sanctis: (a) *Pasce fame morientem*, ait: *quodquis enim pascendo hominem servare poteras, si non pavisti, occidisti.* Jure sane; obligamur enim naturæ instituto; ut alios a morte vindicemus corporis, pascendo, ubi necantur fame. Multò magis id verum est de morte animi sempiterna.

Hæc ante oculos Parisiensis Academiæ per literas Xaverius Magnus posuit; ut strenuos inde aduceret operarios in Indicam Domini vineam: *Hea quam ingens, (scribebat) animarum numerus,*

ve-

(a) *Dist. 86. C. Pasce ex S. Ambr.*, vel potius *S. Ansel. l. 13. c. 28., & Polyc. l. 6. tit. 20.*

*vestro vicio exclusus cælo, deturba-
tur ad inferos, quæ dignæ essent, per
eos ut meliore fortuna bearentur !
Hæc si in Jesuitæ uniuscujusque
animos descenderent seriò; nemo
unus inter nos esset, qui infami il-
la nota afficeretur, qua afficitur Stru-
chio (a), qui duratur ad Filios suos,
quasi non sint sui. Et discipuli no-
stri, & quorum confessiones exci-
pimus, & quorum animos modera-
mur, Filii sunt, quos dedit nobis Jesus,
ut iterum pareremus pietati, & cælo.
Væ igitur, si duremur ad hos filios,
quasi non sint filii nostri ! Quid ?
Domicilia ipsa, templa ipsa no-
stra nos accusabunt : Quia lapis de
pariete clamabit ; & lignum, quod
inter juncturas est, respondebit . (b)
Clamabit, eas substructiones ideo
excitatas, ut Animi in eis multifa-
riam excoletentur : respondebit
propterea reos esse maximè Jesui-
tas desides. Nec domo Dominus (aje-*

(a) *Jobi 39. 16.*(b) *Habacuc. 2. 11.*

bat Tullius) sed Domino domus
bonestanda est..... Ampla Do-
mus , dedecori Domino s̄aþe fit ; si
est in ea solitudo , & maximè si ali-
quando alio Dominu solita est fre-
quentari . (a)

Neque verò minùs timere de-
bent , qui toti sunt in cultura ani-
morum alienorum , proprio negle-
cto animo , & conculcato . Hi pro-
fessò Jesuitæ non sunt , quorum
sanctitas , spectato eorum Fine , &
caritatis ordine , a se ipsis initium
petere debet . Contra , ac de ger-
manissimo Apostolo , P. Consalvo
Silveira , ejusque sociis in Aposto-
latu Regni Angolani , vel dum na-
vigarent , legimus : (b) *Nec tamen
irà se effundebant in proximos , quin
& ad multas præterea communiter
precationes , & ad binas quotidie
meditationi tradendas horas ab nau-
tico secederent strepitu Quin
potius censebat Consalus , quam mi-*
ni-

(a) L. i. de Offic.

(b) Apud Saccb. p. 2. l. 4. n. 212.

nime versandum in turba ; nec nisi quantum animarum usus postularet, in publico apparendum. Si secùs quidam nostri faciant, hos dicam spectra Jesuitarum ; Jesuitas non item. Hos enim graphicè mihi videtur figurasse Jeremias in epistola ad Hebreos captivos, sub idolorum similitudine : (a). Lingua ipsorum polita a fabro ; ipsa etiam inaurata, & inargentata, falsa sunt Habet etiam in manu gladium, & securim ; se autem de bello, & latronibus non liberat ; uade uobis notum sit, quia non sunt dii Conscitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt pulvere a pedibus introeuntium Nigræ sunt facies eorum a fumo, qui in domo sit Aurum etiam, quod habent, ad speciem est Bestie meliores sunt illis, quæ possunt fugere, ac prodefesse sibi. Acutus lector videt, quorum hæc spectent singula.

I 5

Ego

(a) Apud Baruch. c. 6. 7. 14. 16.
20. 23. 67.

Ego verò ostendam, quo iure,
 quibus de causis timere hi maxi-
 mè debeant, auctoritate Chryso-
 stomi, (a) hæc docentis: Singuli per-
 inde culpandi sunt, qui legem trans-
 gredientur; maximè autem is, qui
 docendi auctoritas babet, duplicit
 quippe, & triplici damnacioni ob-
 noxius est. Primo quidem, quod
 transgrediatur; secundo, quod cum
 alios emendare deberet; deinde quod
 claudicans id faciat, ob ipsam digni-
 tatem majori pœna dignus est; ter-
 tio, quod majoris corrupcioæ causa-
 sit, quia in doctoris ordine hæc per-
 petrat. Quare, qui nimium, quam
 par est, vacat aliis, se neglecto,
 & alios negligat, necesse est. Sa-
 gaciter ad rem ajebat Philo do-
 cissimus Hebræorum: *Lapis signa-*
torius id tantum in alio relinquit
expressum, quod in se babet impres-
suum. Qui sanctus non est, sancti-
 tatem non imprimet; ergo uerque
 Je-

(a) *Hom. 72. al. 73. in Massib.*
n. 1. t. 7. edit. Maur.

Jesuita valde sibi timeat , vel qui
alios , vel qui se negligit . Hinc
Culpa nostra , ait Gregorius , (a) be-
stium gladios exacuit Quid an-
tem dicturi sumus qui , quod
per linguam prædicamus , per exem-
pla destruimus ?

P A R S III.

*Munus Apostolicum Societatis
magno esse debet incitamento
ad Sollicitudinem.*

EX eo , quòd Apostolicum mu-
nus Gratum animum expri-
mere debeat , & Timorem , inde
facilè descendit , exprimere etiam
debere *Sollicitudinem* . Hæc (ut vi-
dimus parte tertia Meditationis
Fundamenti ex S. Thoma) est sta-
dium adbibitum ad aliquod facien-
dum . Studium autem , ait Tullius , (b)
I 6 ef

(a) *Ad Mauricium Aug. l. 5.
ep. 20. Ind. 13. apud Maur.*

(b) *L. 1. de Invent.*

est Animi assidua, & vobemens, ad aliquam rem applicata, magna cum voluntate occupatio. Scilicet Ille solicite aliquid præstat; qui in eo præstando *animum occupat, Assidue occupat, Ardenter, Lubenter.* Incipiamus ab ipsa occupatione animi in lucrandis Christi hominibus.

Ille verè animum in hoc apostolico occupat munere, qui totus est in pascendo Christi Grege. Trifariam ex præcepto Christi ab apostolico Pastore Christianus Grex pascendus est. S. Bernardus, (a) loquens de trina repetitione in Evangelio de pascendis ovibus, hæc scribit: *In hoc noveris illius Trinitatis sacramentum in nullo frustracum a te, si pascas verbo, pascas exemplo, pascas & sanctorum fructu orationum. Manent itaque tria hæc Verbum, Exemplum, Oratio.* B. Joannes Co-

(a) Ep. 201. ad Baldwinum Abb. n. 3. s. 5. edit. Maur.

Columbinus : (a) *Hujus ego , aiebat
suis Jesuatis , sum sententia; ut existi-
mem , virtutes a suo statu , & decore
collapsas esse, quia & de Deo sermones
defecere Suavissima de Iesu Chri-
sto collocutio cibus est , ac animi vi-
ta.... Si totus conjuret in vos mun-
dus , jubeatque prædicatione , & lau-
de Christi abstinere , ac tacere , de-
ridete ipsum , memores promissorum:
Qui confitebitur me coram Homini-
bus , confisebor & ego eum coram
Patre meo ; qui in cælis est . Idcir-
co serio vos monitos volo , ne ullo
unquam tempore sanctissimam banc
de Iesu Christo loquendi artem me-
moriā vobis excidere patiamini . Si
ad Religiosorum Claustra vel hæc
sola de Deo loquendi consuetudo re-
diret ; simul cum illa ferme rediret
spiritus , & inde flammæ ad ca-
lificiendum Mundum prodirent .*

Quò

(a) *Apud Bolland. ad diem
XXXI. Julii t. 7 Julii in app. ad
Vitam §. 1. n. 10., & 11. edit. An-
twerp. pag. 404.*

Quod frequanter erant de Deo sermones, eò subtiliores de eodem sensus experientia. F. Paulus Sperlinga colloquium cum externis, nisi de salutaribus, nunquam miscuit (a).

Pasce exemplo; nam, teste S. Bernardo, (b) validior operis, quam operis vox. Et alibi: (c) Vocis, inquit, virtus est opus.

Denique Pasce sanctorum fructu Orationum. Hunc S. Bernardus citatè epistolâ 205. præfert duabus aliis pascuis. Hinc maximè nobis à nostris legibus pluries commendatur, jubeturque. Obvia exempla sunt in domestica Historia. S. Thomas (d) probat Sanctorum Virorum precipibus Prædestinationem multifariam
ju-

(a) Agbil. p. 2. c. 7. n. 45.

(b) Serm. 59. in Cant. n. 3.

apud Maser.

(c) Ep. 221. n. 3.

(d) Q. 6. de Ver. a 6.

juvari posse . Ipsum , consule . Per-
gam equidem .

Verum (quemadmodum paulo
antè dicebam) non satis est ;
ut animum occupies in pascendo
Christi Grege vel Verbo , vel Exem-
plo , vel Prece ; præterea hæc tibi
omnia præstanta sunt *Affiduè* , *Ar-
denser* , *Lubenser* . In primis *affi-
duè* . Audi Stoicos , disce , erubetce :
Usque ad ultimum (ait Seneca (a)
nomine *Sectæ*) *Usque ad ultimum*
vitæ finem in ætu erimus : non de-
finemus communī bono operam dare ;
adjuvare singulos ; opem ferre etiam
inimicis , enī manu . Nos sumus ,
qui nullis annis vacationem damus . ,
Ut , si res patitur , non sic ipsa
mors otiosa . Ergo ne non postulabit
a nobis Societas , quod Seneca a
suis ? Id sanè admiratus sum , de-
cennium , in P. Francisco M. Gal-
lucio , quicum convivebam in Col-

le-

(a) *L. de O:io , aut Secessu Sa-
pientis c. 28.*

legio Romano , & id graphicè ad extremos anhelitus expressit ejus vita . (a)

Ardenter . Hoc loco turmatim sese mihi offerunt domestica exempla . Patres Amiliatus Loyola , dignus Patrio IGNATIO , & Joannes Frias (b) tanto ardore concionabantur ; ut ruptâ inter perorandum venâ , eructæaque sanguinis vi , extincti mox fuerint . Erat effatum familiare , insignis in America Martyris ; P. Petri Martinii : *Non ad munera duo se , si Moderatores imperarent , sed ad ducenta paratum es* . (c) Hæc fuit opinio de P. Galpare Barzeo ; vix viros navos decem sufficere posse laboribus , quos ille unus in causa animarum obibat . (d) P. Joan.

nes

(a) *In vita* , auct. Joanne Bap. Memmi l. 5. a p. 343.

(b) *Orland*. l. 6. n. 80., & *Juven*. l. 24. n. 45.

(c) *Sacch*. p. 3. l. 2. n. 148.

(d) *Orland*. l. 13. n. 75.

nes Baptista Elianus dicitur : *Salutis animarum ad infinitum sitiens (a); & P. Erasmus Marocca : excipiendo pauperrimorum confessionibus infinito labore maximè addictus.* (b)

Sed in re infinita infinitus nemini, venio ad tertiam conditionem. *Labenter*; id sane patet in illa quadriagentorum cohorte, qui intra duo hæc Ordinis nostri sæcula protuenda, vel amplificanda Christi fidei lubentissimè mortem obiere; & in illa infinitate Victimarum Caritatis item ex familia nostra (sic vocamus, qui in obscurio pestiferorum extinguntur) de quibus extat Alegambe, & Nadas liber inscriptus: *Heroës, & Victimæ caritatis, Societatis JESU:* id quod Messanæ nuper vidimus; ex universa interea hac provincia quamplurimis assimilem occasionem a Moderatoribus postulantibus

(a) *Saccb. t. 1. p. 5. l. 9. n. 31.*

(b) *Aguil. p. 2. c. 8. n. 7.*

bus. Hæreο in Sociis Indis , qui adeò lubenti animo adlaborabant lucrandis animis ; ut de his eorum Moderator P. Nicolaus Lancillotus scriberet : *Nos modò felos omnes devorare ærumnas paratos esse . sed etiam frustatim sese disiidi , dissiparique ; quod variis in locis , si fieri posset , ipsi percurrerent .* Igitur , o Jesuita , fili sanctorum : *Interroga Patrem tuum , & annuntiabit tibi ; maiores tuos , & dicent tibi , (a) quam sollicitudinem a te postulet Apostolicum in Societate tuaus hoc amplissimum .*

EXEMPLUM.

Dignus est , qui in Apostolico munere Sociis exemplum præbeat P. Bernardus Colnagus , cuius res gestas per brevi hoc elogio auspicatur Juvencius ; sed succi pleno : (b) *P. Bernardum Colnagum*
Ca

(a) *Deut. 32. 7.*

(b) *T. 2. p. 5. Hist. Soc. l. 25. §. 15.*

Catana Angelum, Doctorem Neapolis, Italia Probstam, & Apostolam vocavit. Cetera prætereo, quæ fusiori stylo persequitur Aguilera in Historia Provinciali. (a) *Duo afferam in scenam, quæ instar facultarum suæ, unde ejus exardesceret animarum lucrandarum studiū; alterum humile, sublimè alterum; altètum e terra, e cælo alterum; alterum e brutis animantibus petitum, alterum ex ipsa Cæli Regina.*

Igitur postquam Bernardus pannonus & amenti similis, per populoissimam Neapolitam insignem de mundo, & pompis ejus triumphum retulit, jam se ipso vacuus, & divino. velut igne, repente conflatius, atque recusus, jam non iscrat qui fuerat, sed à se ipso quam longissime alius, in morum, & consiliorum novitate versabatur. Hæ via, & ratione ad Apostolicum munus preparatur. Cùm foret

(a) *Ad ann. 1611. p. 1. c. 18.*

tuna in canem incidit, quæ catellos, in altam fossam prolapsos, quum aliter sublevare non posset, eò se præcipitem regit, ut naturæ officio non decesset. Eo spectaculo admoneri se arbitratus, ut a bellua disceret, quæ partes ejus essent in procuranda fratribus suorum salutem, quois in periculo versari non ignoraret; planè intellexit, se non ad otium, ac requiem, sed ad labores, atque pericula designari. Quod quidem paullo post Deipara Virgo apertius significavit. Quoniam ei se interdiu in cælesti forma, ac vultu ostendit, & manu ad pectus ejus admotâ: *Seruere, inquit, age, Bernarde; emittere, & elatiora; ut curatua omnes, publicisque, privatisque sermonibus, nibil, nisi salutem animarum respiciant, quo nihil grarius, ac jucundius mibi, meoque Filio facies.*

His imbutus auspiciis, Bernardus, nondum Lycæo solitus, concionandi munus aggreditur; quod mox, omni pene solitus fœnore

ndre, persequitur tanta cum laude,
 tanto cum fructu, tanta cum So-
 cietatis commendatione, ut nihil
 suprà possit. Eruditissimus Raynau-
 dus (a) hoc elogio propterea Ber-
 nardum nostrum commendat: *Vir*
fuit in salutem proximorum
curandam studiis, sanctisque artibus
clarissimus. Hoc exemplum planè
 docet, quænam sine duæ, quas su-
 periùs dicebamus, *Zeli faces*: du-
 plex nempe contuitus, alter in mi-
 seram Mortaliū conditionem non
 tam naturæ pœnâ, quam voluntâ-
 tis culpâ. *Homicidium, & furtum*
& adulteriam inundaverunt; & san-
guinis sanguinem tetigit: (b) Vitiorum
 alluvio miserationem excitat, opem
 postulat: alter in cælestem remu-
 nerationem, quæ Apostolicos ma-
 net Viros. Si apostolico munere
 nihil Christo, ejusq; Matri est gratius,
 jucundius nihil; nihil item erit adeò
 in Cælo remunerandum: merces
 enim

(a) T. 9. op. differ. 8. *Mantissa de*
S. Maria. Egypt. (b) *Osee 4. 2.*

enim respondet merito ; meritum
suas haurie dotes a Dei voluntate .
¶ **E**nimvero de beata Colna-
gi morte , de ejus gloria , quæ nar-
rantur , silentio involvam . Unum
illud non præteream , quod maxi-
mos facit animos Sociis , ut maxi-
mos in apostolico munere progres-
sus faciat . Pia mulier , quum in
templo Panormitano domûs Profes-
sorum nostri aliquot Sacerdotes sum-
ma Professorum vota nuncuparent ,
adstantem vidit B. Patrem nostrum
IGNATIUM ambulatoria sub umbella ,
quam hastis quatuor sublevabant
Xaverius , Gonzaga , Kostka , Col-
nagus . Roganti , quid rei esset ,
quod tam solenni apparatu ea cæ-
remonia celebraretur ? respondet
IGNATIUS , quod inter eos Sacerdo-
tes Filius esset sibi carissimus , cu-
jus ornandi gratiâ comites sibi ad-
juoxisset quatuor illos cariores si-
bi filios , quorum unus esset Col-
nagus , qui inter veros Societatis
alumnos meritò vivus , & mortuus
numeraretur . Sed quoniam est cer-
ta

ta Nota veri Societatis alumni, carissimiq; IGNATII Filii? Apostolica nempe vita. Et ipse, & quisquis e superiorum choro quondam sub Societatis signis fuit, ait unicuique Jesuicarum, dum in acie, & pulvere versantur : *Seruum agere, enicere, & labora; ut curæ tuae omnes publicisq. privatisque sermonibus nibil; nisi salutem animarum respiciant: quâ nulla certior, & testior est Nota veri Societatis alumnus, & carissimi IGNATIO Filii.*

INDUSTRIA DECIMATERTIA:

*Secularitas, & Aulicismus
insinuans in Familiaritates,
& Gratiam Externorum.*

DEFINITIO.

Hic morbus est cachoëtes amicitiae, & patrocinii extra claustra apud externos homines, præsertim Principes viros, & Reges etiam: & lepida translatione defiri.

niri posset verbis Columellæ : (a)
Mercenarii salutatoris mendacissi-
mum aucupium , circumvolvantis li-
mina potentiorum : addam ; prætex-
tu pietatis . Sed si quis Jesuita hoc
laborat morbo , ei clamat vel Lu-
canus : (b) Exeat Aulâ ; qui vult
esse pius . Venit P. Petrus Cânisius
& honoris osor , & domicilii ho-
noris (aulam dico & viri Princi-
pis Basilicam) Res ipsa docuit ,
scribit ad Mercurianum , (c) &
meam confirmavit sententiam ; nimi-
rum valde cavendum hoc esse tenta-
tivis genus , quod nostris hominibus
paratur ab his , qui , cum Societatis
Patroni , & amici videri volunt ,
quosdam e nostris in suas familias ,
& aulas deducere ; & , nescio quam
in servitutem tacite redigere velle
videntur :

Cau-

(a) In Præf. l. 1. ad P. Silvinam.

(b) L. 8. de Bello Civ.

(c) Ann. 1579. opud Juv. l. 24.
n. 43.

C A U S E .

Prima est tenuis æstimatio servitutis Regis Cæli ; hinc animus aspirat ad servitutem Regum terræ . P. Claudio Aquaviva^(a) discrimen sæpen numero meditabatur , quod intercedit inter illam servitutem , quam homines hominibus , & illam , quam Religiosi viri Deo serviant . Nam , inquietabat , Aulici Principum virorum , & servi sape , dum illis famulantur , expendunt multa de suo ; Deas nobis liberaliter , unde ipsi serviamus , largitur . Deinde verendum non est , ne quis gratiâ Dei excidat per alienam malignitatem , invidiam , obtestationem ; quod inter Nobilium famulos sæpiissime accidit . Denique hominum clientes , & servos paetus mercede non raro fraudat sua , vel Domini mors ; at neque Deus moritur , neque ipsius cultoribus præmium ,

Pars II.

K

in-

(a) Favenc. l. 25 .n. 34.

interposita morte , perit . Secunda est obtusus gustatus in rebus , ad pietatem spectantibus . P. Petrus Scarga (a) omnibus lætitiis incedere visus est , cum a negotioso strepitu regalis aulæ in tranquillum religiosæ domus otium concessit , uni Deo , sibi que vacaturus . Neque verò illi malesta poterat accidere privatae vita solitudo , aut pie paupertatis angustiae , quibus in ipso tumultu aulæ , & in media rerum omnium copia pridem assueverat , nibil e regia munificentia , præter necessarias sumptus , commodi capieas , & accuratas acceptæ de fisco pecuniae rationem præsidibus Societatis reddere solitus ; ut advertit Historicus .

PERICULA.

Primum est triplicis jacturæ : *Gratiæ Principum per Calumniam ; Societatis per Ambitionem ; Cæli per Licentiam . Exemplum primæ ja-*
cu-

(a) *Juvenc. l. 25. n. 31.*

Eturæ refert P. Raynaudus ; (a) secundæ P. Daniel Pavlovvski ; (b) tertiaz P. Alegambe. (c) Secundum periculum exprimit P. Canisius in laudata epistola sic : *Si nostræ paullo diutius apud Sæculares istas, aulicosque versentur, plus in je ipsis detrimenti; quæm in aliis spiritualis comodi experientur; & vix effugient, quin vel inviti subinde peccatis communicent alienis in hac communis hominum licentias, corruptaque Nobilium disciplinas.* Tertium eisdem in Literis Caenilius ponit in maximis fastidiis, & periculis, in quaæ Nostræ incident ibidem, cum se istorum ingeniorum uicemque accommodare coguntur ita; ut nec sibi, nec aliis pro ratione suæ vocationis servire, ac prodeesse possint.

(a) T. 17. in *Prato Spir.* c. 94.

(b) In *Locut.* ad Cor Relig. ad diem 2. Exerc. in Doctr. Præt. post medie. 1. Causa quartæ.

(c) In *Bibl. Soc.* V. Jacobus Reising.

Quartum est, ne gravis molestia Societati creetur. P. Mercurianus in responso ad prefatam P. Canisii Epistolam, (a): *Gaudeo, inquit, & gratulor, quod R. V. vicerit omnes eorum, qui retinere illam conabantur, preces. Quo animo si essent omnes nostri, qui Aulas frequentant, non tantum nobis molestiae aliquando afferrent; & cum ipsis etiam Principibus nullum nobis; aut exiguum, esset negotium.* Propterea Sacchinius sapienter claudit narrationem Virtutum P. Claudii Matthæi, (qui olim se implicaverat civilibus Galilæ motibus) hoc veluti epiphonemate: (b) *Intelligant Religiosi viri, iterum, atque iterum, ac sine fine monendi: quod capacior cuique magnarum rerum, ac valentior indoles est; hoc ei necessarios magis frenos obsequii; ne quantè præclariores potest sub Magistro mereri palmas;*

tan-

(a) *Juvenc. l. 24. n. 43.*(b) *T. I. p. 5. l. 7. n. 26,*

*tantò, temere præsultans, sibi, ceteris,
que graviores clades infligat.*

R E M E D I A.

Primum est, ut, paullo antè descriptum, animum P. Canisii imitemur. Secundum est, ut advertas, Aulam venditare fumos, ut ajunt. *Sic est fumus;* suscipit Augustinus, *(a) H abes magnam mollem;* *b abes quasi,* quod videas; non habes, quod zeneas. Tertium, raro, & ubi necessitas te urgeat, viros Principes invisas. Decretum erat P. Æmilia-ni Garciae: *(b) Multum deperdi tem-* poris, parum emolumenti percipi, hominibus invisendis solius urbanitatis causā; pauperes, ægros, dissidentes evangelico Praconi esse adeudos. In iis operam necessariō, & utiliter ponī. Hinc venerationem, & existimationem sancte colligi, quæ

K 3

bo-

(a) Serm. 109. de Temp., & apud Maur. 22., c. 8.

(b) Juvenc. l. 24. n. 46.

bominum politorum usū promiscuo, & liberiore, ut nummus, tractando, deteritur. Quartum, ne negotia, a Societate aliena, suscipias, territus exemplo P. Honuphrii Verme, (a) propterea turpiter, & miserabiliter ejecti e Societate.

Quintum, si te in Aulam intrudat Obedientia mera, & libera; imitere P. Petri Angeli Consulis arcana, quo utebatur ad animos Principum sibi devinciendos. (b) His capitibus illud continebatur: Primum, non venari apud eos estimationem meam, sed eorum dumtaxat salutem. Deinde nihil unquam nec mibi, nec aliis petere. Tertio loco, limen eorum haud ingredi, nisi iporum intersit. Quarto, eniti, ut auctoritatem eorum, & simul meam conservem. Quinto, libertas, & veritas in ore; ut si me talem probent, talem accipiant, non aliter. In quo postremo eminuit noster in-

(a) Aguil. p. 2. c. 2. n. 44.

(b) Saccb. t. 1. p. 5. l. 8. n. 29.

in signis Siculus, P. Tuccius, ut videre est apud Aguilera (a). Et quoniam hujus Herois præsertim hac in re incidit sermo, juvat concludere tam utilem, quam quæ maximè, Industriam hanc, ejusdem elogio sancè opportuno, quo illuat honestat noster Historicus, loco citato, sub numero 22., ubi: *Gregorii XIII.*, inquit, *Sixti, V.*, & *potissimum Clementis VIII.* incimè familiaris, ac quotidiana usus consuetudine, nibil unquam sui, suorumque gratiâ petiit; nibil de domestica detraxis disciplina; nibil de Aulici putveris levitate sibi adbarere pussus est; nibil de Aula sibi arrogavit, præter molestiam, & servitatem. Sed invidim certè uitavie; qui neque Clientes haberet, neque Candidatos deducere, neque Patronos accuparetur, neque inimicis infensus esset.

M E D I T A T I O

S E C U N D A.

De Christi Cruciatibus.

M Editatio hæc *de Christi Cruciatibus* commodè inscribi posset. *de Excessu;* Deus enim ipse sermonem *de Christi Cruciatibus* institutum a Moyse , & Elia , in Majestate visis , *Excessum* appellat , Luke 9. v. 31: *Dicebant Excessum Ejus , quem completeretur erat in Jerusalem.* Locus autem hanc meditationem porcebat . Nam in superioribus meditationibus in animum induximus sequi Christum Regem nostrum , jure naturæ ; sequi Christum Imperatorem supremum , jure libertatis ; sequi Christum Ducem nostrum , jure professionis : natura ipsa jubet , ut sequamur Regem ; libertas ipsa jubet , ut sequamur ejusmodi Imperatorem ; professio ipsa nostra jubet , ut sequamur Ducem

cem Societatis, cui nomen dedimus. Statuimus etiam sequi Christum non instar Petri, qui *sequebatur a longe*; periculosem enim id esse nobis ante mortem, prope mortem, post mortem; quem admodum & Petro male ominosum fuit. *Prope sit Justus meus*, (a) (clamat Rex, Imperator, Dux) quem admodum decet bonum Militem, qui nempe re velit esse Miles, non verbo tantum; & non suo, sed Christi ipsius, arbitratu, heroicā īdifferentiā ad humana omnia, uno tantum secluso Malo. Ut has sanctiones unico impetu confirmemus, ad rem erit maximē præsens de Christi Cruciatibus Meditatio; ut, nullo penè intervallo proximi, cruenta ejus legamus vestigia.

Quod attinet ad rationem hujus Meditationis, vult Directorium c. 35. n. 3., ut hæc Meditatio instituatur *intuendo personas, dicta, & opera*; omnia enim plena sunt ex-

cedentis benevolentia, arcanique mysterii. Deinde subdit: *Debet aperiri via in hac materia per illas puncta, quae communiter tradi solent: quis patiatur? quid patiatur? a quibus? & propter quos?* Et quo ad extremum hoc punctum num. 3. vult considerari mysterium quodcumque, & quasi praesens, & quidem ac si gestum esset propter se solum. *Ego enim, ait Christus ipse S. Brigitte, (a) si possibile esset, libenter pro unoquoque Homine talen pœnam exciperem, qualem semel in Cruce pro omnibus recepi.* Id ipsum S. Gertrudi aperuit. Meditationem de omnibus Christi cruciatibus, in unum congestis, valde utilem putat S. IGNATIUS in quadam annotatiuncula post Meditationem de Christi strumnis; fortasse quia sub uno intuitu magis movent; quid simile idem Sanctus advertit de Peccatis, ubi de Confessione generali differit. Angustius temporis

(a) *Revel. I. 1. c. 58.*

ris hac Meditatione concludimus tertiam Exercitiorum Hebdomadam, quæ uiam Christi vitæ ærumnosam complectitur. Finis secundæ Hebdomadæ est Eleæcio vitæ melioris. Finis hujus Hebdomadæ (a) est stabilire, & confirmare hanc Electionem, proposito tanto, & tali exemplo; ut dicebam paulo antè.

Patroni.

Santi tres Martyres, Japones, Nostri, Paulus Miki, Joannes de Gotò, & Jacobus Kisai; quos Exercitia Deo consecrârunt, & Crux beavit, primas Fidei victimas in Ecclesia Japonica.

P A R T I T I O.

I.

*Excessus doloris
in Corpore.*

II.

*Excessus Ignominiae
in Fama.*

K. 6

III.

(a) *Dirett. ib. n. 1.*

III.

*Excessus Amoris
in Corde.*

FRUCTUS CAPIENDUS.

EX S. IGNATII institutionibus est fasciculus Virtutum, nempta Dolor, Indignatio, Confusio respectu nostri peccantium: Mœror, Planctus, Commiseratio, aliquid genus interiores poenæ respectu Christi patientis. His Directorium l. c. a. n. 4: addit cognitionem offensæ Dei, divinæque Bonitatis; confirmationem Spei; Amorem in Deum; ardens imitandi Christi desiderium. Multa hæc sunt: sed sedulò meditantis triplicem hunc *Excessum*, facillimè descendant in animum.

HYPOTYPOSIS.

HÆc variat proportione varietatis Mysteriorum, quæ deinceps meditabimur.

P-

P E T I T I O .

Sit hæc intercalaris: *Amanissime Jesu, adauge nobis Fidem; ut videamus Excessum.*

L E C T I O .

KEmpis l. 2. c. 12. *de Via Regia S. Crucis.* Ex l. Exerc., *Regulæ servandæ, ut cum Ecclesia sentiamus.* Dignissima hæc clausula est divini hujus libelli Exercitorum.

P A R S P R I M A.

*Excessas doloris
in Corpore Christi.*

Dolorum in corpore, si generaliter loqui velimus, illi sunt & præcipui, & potissimi fontes, *Membrorum Collaceratio, Acateorum Penetratio, Nervorum Distraetio;* præsertim si collaceratio generalis sit, si penetratio violenta,

si

si distractio omnigena. Perlege tamen annalium monumenta omnia, neminem unum invenies & generatim collaceratum, & violenter penetratum, & omnimode distractum ita; ut nullum reliquum fuerit membrum integrum; nullus nervus e sede non emotus sua: immo vero invenire nulla ratione poteris. Ecquis enim tot, tantisque doloribus ferendis esset, licet ferreus, æneus, adamantis foret? Unus fuit Christus, qui, licet teneritudine corporis singulari a natura præditus; tamen, Omnipotentia ad pœnam militante, ea omnia invictus subiit.

Collaceratus itaque est generatim a capite ad calcem ita; ut non haberet jam locum plaga nova. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: *vulnus, & livor, & plaga tumens;* (a) neque vero pelle tenus; aut membranis. *Dinumeraverunt,* ipse ait,

om-

(a) *Iſ. 1. 6.*

*omnia off*s* mea.* (a) Propterea factum est, quod aliquando in aliis quibus contigisse Martyribus narrat S. Cyprianus: (b) *Ut, rupta compage viscerum, torquerentur jam, non membra, sed vulnera.* Id quod si c ipse expressit Davidico vaticinio: (c) *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Hac de causa tortores Christi *Canes* dicuntur, *Tauri, Leones.* Ubi narrata sunt Christi vulnera Japonibus Neophitis, ad cetera pietatis studia: *Adeo severa, sextâ quâque feriâ, diverberatione se concidebant; at solum Templi postridie, multo respersum sanguine, cerneretur:* (d) Adeò visa illis est hæc perpeccio omnes transiliisse doloris lineas in Christo.

Sed non minor fuit dolor ex violenta aculeorum penetratione.

Da-

(a) *Psi.* 21. 18.

(b) *Ep. ad Martyr., & Conf. I. 2.
ep. 6.*

(c) *Psi.* 68. 27.

(d) *Sacch. p. 2. l. 7. n. 133.*

David explicaturus magnum animi dolorem, eum sub spinæ infixæ figura repræsentavit in ps. 31. v. 4. Quid autem cogitandum, si totum corpus spinis conficeretur? Gedeon, iratus maximè contra Seniores urbis Soccoth: *Spinis defersi, ac tribulis eos contrivit, comminuitque.* (a) Hæc fuit acerbissima Christi poena, ut vel ejus vulnera spinarum, ac tribulorum flagellis contererentur, & comminuerentur. Sed spinarum pars acutior, solidior, crudelior Capiti, Cranio, Cerebro reservata est; ut hæc omnia contereret, ac comminueret. Huc etiam spectant manus, ac pedes terebrati crudelissimis clavis. Infixâ spinâ, rugiebat Leo adeò; ut ei, qui spinam ei avellit, atq; abstraxit, incredibiles grati animi significationes exhibuerit: tanto cum malo afficerat vel unica spina in pede. Reputate animo, quid illa spinarum con-

ge-

(a) *Jud. 8. 16.*

geries , quid spinarum corona;
quid clavi tot , & tam sævi , quid,
inquam , doloris attulerint Christo?
quin tamen ullus aut spidas e cör-
pore extraheret , aut clavos ; im-
mo verò eas fustibus , hos malleis
Tortores consolidârunt .

Sed hæc , quæ singula æternas
poscerent meditationes , cursim
attingenda sunt , & pene dicam , præ-
tereanda . Unda undam , dolor do-
lorem trudit ; dolor , inquam , ex
omnigena nervorum distractione
contractus . *Regina tormentorum* ,
ea pœna dicitur , quam Rei subeunt ,
suspensò fune corpore per manus ,
ad tergum religatas , idque jure ;
in hoc enim tormento nervi di-
strahuntur vehementer ; propterea
Equuleus primas habet etiam inter-
duriora crudelitatis instrumenta .
Quæ cùm ità sint , eequis cogi-
tatione assequi poterit dolorem
Christi , ubi in Crucem agitur , &
ad loca clavorum adducitur vio-
lenter ejus manus ? & (quòd ca-
put est) ubi tres solidas horas ē
Cru-

Cruce pendet corpus sauciatum, undique collaceratum, & spinis coniectum undique. Mole nempe sua equulei vices contra se ipsum gerebat. De hoc potissimum dolore ipse met clamat: (a) O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sic est dolor meus.

His visis, ecquis neget perpessum Christum fuisse dolorum Excessum in corpore ipsius suo; ut summo jure Vir dolorum dicatur ab Isaia? c. 35. 34. Intende tamen animum ad ea, quæ sequuntur verba: *Verè languores nostros ipse exlit, & dolores nostros ipse portavis.... Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras; affritus est propter sceleres nostra, ... & livore ejus sanati sumus.* Discamus ab his poenis, quot & quanta Iesu debeamus; ut cum sequamur unum, & ea, qua pars est, animi intentione, & constantia.

PARS

(a) *Tbr. I. 12.*

P A R S II.

*Excessus Ignominiae
in Fama Christi.*

DOLORE, si maximus sit, eò collineat, ut naturalem extinguat vitam: Ignominia, si maxima sit, eò spectat, ut civilem, ut aiat, vitam tollat de medio: Cùm igitur apud æquos rerum estimatores longè pluris vita hæc fiat quam illa, nemo est, quia in videat, malum longè deterius esse Ignominiam, quam Dolorem. Videamus jam, an Ignominia, quæ Christi famam aggressa est omnibus partibus, verè maxima fuerit ad Excessum usque eum, qui vix credi posset, nisi Fidei Veritas eam nos docuisse. Quæ ignominiam pariungit maximam, excedentem, incredibilem, sunt *Licentia Popelli, Maledictio Calumniae, Malignitas Judicis*; præsertim si faces popello adjiciat, & calcaria Nobilium, & Sacerdotum.

tum cætus ; si malitiam calumniæ exsuscitet Invidia ; si Judicia moderetur infamis Politicorum consiliorum ratio .

Primum sibi vindicat locum *Popelli Licentia* . Incredibile est , quò hæc progrediatur , ubi , quasi aggere superato , longè latèque debacchatur non impunis modò , sed gratiosa Viris principibus . Immensa illa Judaici Populi multitudo in Christum irruit , Seniorum favore , jussu Pontificum , Sacerdotum consilio . Inde factum est , ut nullum infamis ignominiaæ genus fuerit , quo eum non afficerint . Dipteris , irrisiones , dedecora manibus , pedibusque , infames jocici eò devenere ; ut ipse Christus de se dixerit : (a) *Ego autem sum vermis , & non homo : opprobrium hominum , & abjectio plebis* . Omnes videntes me deriserunt me ; locuti sunt labiis , & moverunt caput , ubi præsertim non semel nudarunt lui-

tu-

(a) *Ps. 21. 7. 8.*

turum tantâ infamia crimina nuditatis. *Gravissima pœnarum pudor;* ait S. Chrysostomus; multò magis Christo. Tantum dedecoris impudicitia alapa, vel Homini æquali, affert; ut si facere dedecori velis satis, politicorum consilio adigaris fateri palam, te tunc vel ebrium, vel fatuum fuisse. De sputis quid dicam? Deus Moysi de ejus Sorore: (a) *Si pater ejus, ait, spuisset in faciem illius, non-ne debuerat fastem septem diebus rubore suffundi?* Quid si servus? quid si servorum vilissimus? quid si multi de fæce plebeculæ, & sexcenties; plaudentibus Proceribus, & Sacerdotibus?

Quisque id secum reputet; equidem descendo ad *Malitiam Calumniæ*; Christus per atrocissimas calumnias, vel interposita Sacerdotii, & Juramenti Religione, traducitur Latro, Seductor, Rebellis, Simulator, Ebrius, Vorator, scelerorum Necessarius, tumultuum

Fax,

(a) *Num.* 12. 14.

Fax, infidianarum Fabricator, Iudeæ
Pestis, Hebreorum Opprobrium.
Cetera quid memorem, quæ dissipabantur in omni circulo; quæ
prædicabantur in omni familia;
quæ confirmabantur in omni Tri-
bunali? Et quod potissimum Christi
animum collacerabat, erat vi-
dere in calumniatorum grege, quos
ipse divinitus in deserto paverat;
quos a Mortis faucibus extraxe-
rat; quos tam variis, tam præ-
claris affecerat beneficiis. Neque
locus datus est Christo, ut se pur-
garet, neque Patronus; immo, ubi
voculam pro se vix protulit, coa-
ctus fuit excusationem, furore im-
pactæ alapæ, interpellare; & excu-
sationem ipsam excusare.

Et jam sensim descendimus
ad fontem alterum & tertium igno-
miniarum, qua Christi fama acerbius,
quam Christi corpus, proscissa est,
ad malignitatem Iudicii. Adeamus
Tribunalia, ut videamus eorum
malignitatem. Ea quatuor fuere,
duo sacra, totidem profana; Sa-
cro-

erorum alterum de Doctrina disceptabat , ut ait Baronius: (a) alterum de Religione ; ibi Præses Annas est ; hic Caiphas . Profanorum alterum erat Judaicum , Herode Rege : alterum Romanum , Pilato Prætore . Mibi videntur certare hæc quatuor Tribunalia de principatu , ubi agitur de opprimenda Christi fama . In primo Divina Veritas damnatur falsæ Doctrinæ , in secundo Divinitas ipsa damnatur affectatæ Divinitatis ; in tertio æterna Sapientia damnatur Fatuitatis ; in quarto Rex Regum damnatur Rebellionis : Adulatio primæ fert sentenciam ; Invidia secundam ; Fastidium tertiam ; Politicus metus quartam , ubique clamante , & admurmurante universa Hierosolyma : Crucifigatur unus , ne tota gens pereat . Has sententias consequitur plausus , clangor , festus clamor , publicæ Ju-
di-

(a) *Ad A. Christ. 34. sub n. 70.*

discibus actæ gratiæ. Quilibet honestus Homo ait cum Pacuvio apud Nonium: *Patior facile injuriam, si vacua est contumeliæ.* At honestissimus Christus injuriarum illiadem devorat, quarum nulla vacat contumeliâ; idque facile. Quid quæris amplius? insatiabili æstuabat siti patiendi Christus pro nobis; doloribus satiatus non est, est satiatus ignominii: (a) *Dabit persecuenti se maxillam; satiabitur opprobriis.*

P A R S III.

Excessus Amoris in Corde Christi.

Excessus doloris in Christi corpore magnus extitit; major ignominia in fama; at sanè maximas amoris in corde; hinc amori tribuitur Christi Mors; cum enim

(a) *Thr. 3. 30.*

enim Patri immolat Amor Sacerdos in ara Crucis . Sed nullibi magis ejus emicuit Amoris perpeccatio, quam in horto , ubi proximam prævidet Crucem; quam in Pilati atrio, ubi præceptam succollat Crucem ; quam in Calvario , ubi elatam tolerat Crucem .

In primis in horto : *Ubi autem abundavit delictum , superabundavit gratia.* (a) Simon de Cassia (b) id advertit : *Orat inter Arbores Iesu,* ait; *quia inter Arbores peccavit Adam.* Vix orationem auspicatur , cùm triplex illi ante oculos aperit sese scena : cruciatum , & exprimit pavorem ; damnatorum , & exprimit tedium ; peccatorum , & exprimit tristitiam. Afficitur tristitia ab offensis Dei ; tædio a pœnis hominum ; timore a suis cruciatibus. In his vi- des, quem habeat locum Caritas in
Pars II. L ho-

(a) *Ad Rom. 5. 20.*

(b) *In Operे in 4. Evang. l. 13.*
De Passione Domini Salvatoris.

homines; nam cruciatus suos offert,
ut omnes salvi fiant ; peccata consi-
derat , & in se suscipit luenda ;
poenas hominum perditorum lacri-
mis cruentis persequitur ; & no-
vus Joseph , & primogenitus , plo-
rat *super singulos* minores fra-
tres , qui interibunt . Hiac vides
perpessionem Amoris in horto non
mediocre fuisse , sed excedentem.

Minor certè non fuit in atrio
Pilati ; ubi ex Prætoris iniquissimi
sententiâ , tubis proclamatâ , plau-
sibus exceptâ , Crucem & quæ pón-
derosam , ac infamem succollavit.
A Christo didicit S. Andreas , quod
præstítit , ad martyrii locum addu-
ctus . Hic , cùm vidisset Crucem
longè , exclamare cœpit : *O bona*
Crux! ... diu desiderata , sollicitè ama-
ta , sine intermissione quaesita ; & ali-
quando cupienti animo preparata ,
accipe me ab hominibus . Christus
autem verosimiliter addidit : *&*
redde me Patri meo , hominum Re-
demptorem . Sed vocat , immo ra-
pit ad se Christus in Cruce elatus;
ubi

ubi perpessio Amoris in corde
Christi triumphat quodammodo;
cum enim dilexisset suos, in finem
dilexit eos.

Jam vero vix Crucis affixus est;
cum, ut verbis Pauli utar, (a) de-
lens, quod adversus nos erat, Chiro-
graphum decreti, (condemnationis
nostræ) quod erat contrarium nobis,
& ipsum tulit de medio, affigens illu-
m Cruci. Ubi in Cruce hic Ser-
pens æneus elevatur, ut saucium
sancte mundum, incredibiles edit
amoris erga eum significationes.
De prima Christi in crucem acti
formula: Vapulabat, ait Augusti-
nus, (b) & curabat: patiebatur
Phreneticum, nec deserebat egro-
rum... Agnoscis phreneticos, agno-
scet & Medicum: Pater ignosce il-
lis, quia nesciunt, quid faciunt. Il-
li perdita mente serviebant; & Me-

L 2 di-

(a) Ad Col. 2. 14.

(b) T. 10. Serm. 9. de Verbis
Apost. , nunc apud Maur. 175;
c. 2. n. 2., & 3.

dici sanguinem sequendo fundebant; ille autem etiam de ipso sanguine suo ægrotis medicamenta faciebat. A inabilissimam precem consequitur pretiosissimum donum, Mater nempe ipsa; Cujus & jura, & nomen in nos homines transfert, statuta adoptio-
ne in Mariæ filios; ut jure eam voce-
mus Matrem, & imploremus ejus opem, Orphani facti sine Patre: &
tunc fidem fortasse solvit, eo pro-
misso obligatam super Eucharisti-
cam mensam: *Nen relinquam vos or-
phanos.* (a) Proh autem quanto do-
lore ea protulit verba: *Mulier ec-
ce filius tuus!* Hoc tantum do-
num nobis omnibus testamento re-
liquit. *Testabatur*, ait Ambrosius, (b)
de Cruce Christus, & testamentum
*ejus signabat Joannes, dignus tan-
to testatore testis.* Pretiosissimum hoc
donum consequitur scelesto, quem
peccatorum pœnitentia, liberalissimum
promissum: *Hodie tecum eris in Pa-
ra-*

(a) *Ioann. 14. 18.*(b) *In c. 23. *Lucæ.**

radiso. Hic exclamat Augustinus: (a) Ex latrecinio fixus in Cruce; ex Cruce in Paradisum transfertur.

Tum meminit sui, & Sistio clamat; quin potius, ductu amoris, nostrum omnium meminit, quorum sicut sempernam salutem. Scilicet *ex abundantia cordis, os loquitur.* Ut autem palam faciat, quanto dolore animi mixtus sit tantus ille in nos miseros amor; suaviter cum Patri queritur, quod eum dereliquerat; sed jure dereliquerat, ut propter qui: *Nos redemit de maledictione legis factus pro nobis maledictum.* (b) Juxta illud Isaiae: (c) *Iniquitates eorum ipse portabit.* Denique Spiritum commendat Patri, & consummato tanto Amoris opere, expirat. *Magnus,* ait Simon de Cassia ibidem, *late in hac commendatione secretum.* Erant in anima Christi... scriptæ tota notitia omnes animæ, de suo sanguine redimendæ, quas, ut ani-

L 3 mam

(a) L. 1. Qq. ad Simpl. q. 2. n. 19.

(b) Gal. 3. 13. (c) C. 53. 1L.

mam suam, ad gloriam diliebat
¶ omnes velut suam animam
fecit : de qua Patri dixit : Commen-
do spiritum meum : fecit enim ve-
rissima caritas , quod alterius est ,
eſſe ſuum . Adeò ejus cor Amor
animorum vulnerārat . Imitemur
P. Paranympnum. Hic, diurnæ ſuę
Meditationis de Christi cruciatibus
ad septem horas quotidie , & ſer-
monis frequentis de eisdem Iesu
pœnis , hanc exhibebat cauſam
(a) Quia vulneratus ego sum . Tri-
plex hic patientis Christi Exces-
sus vulneret & nos . Huc faciunt
verba S. Gregorii ; (b) explicantis
illud effatum : Vulnerata caritate
ego sum . Sic enim ſubdit : Mala
autem ſalus eſt cordis , quæ dolorem
bujus vulneris nescit. Cum verò anhe-
lare jam in cæleſte deſiderium , &
ſentire vulnas amoris cœperit , fit
anima ſalubrior ex vulnere , quæ
priùs agrotabat ex ſalute. Quor-

(a) Aguil. p. 2. c. 4. n. 23.

(b) L. 2. bom 3. c. 8. in
Ezech. t. 1. edit. Maur.

Quorsum tamen tanta in Christo moriente novitas? etiam ut novitates in Societate nobis molestas, præsertim a Moderatoribus ad firmandam disciplinam inductas, oculis in Christum conjectis, feramus.

E X E M P L U M .

QUÒ usque Jesuitæ hominis Pietas in Jesum suum patientem, progredi debeat, doceat nos P. Bernardus Colnagus.

Singulis ipse sextis fériis supra Crucem cubabat, & in levapectoris parte, quasi telum infixum gereret, quod præcordia transverberaret, acutissimis doloribus urebatur, quibus etiam angebatur, quoties de Christi morte dissereret. Mirabatur, qui fieri posset, ut, viso ejus in Cruce pendens simulacro, non statim exanimatus corrueret. Accidit Catanz, ut ea die, quam *Passionis Domini cam* nuncupamus, viderit in suggesto Christi signum velo involatum,

tum . Tum vero repente exarsit ,
velut discerpsit , simulacrum arri-
pnit , & mortuum se declaravit ,
si Domini sui conspectu prohibe-
tur . Quod tanto cum fletu , & ver-
bis adeo ardentibus pronunciava-
vit ; ut , concionis clamore sublato ,
omnia in lacrimas , ac sanguinis
abierint , qui sedari nullo modo
potuerunt : quare e suggestu de-
scendere , concione dimissa , co-
atus est .

In quodam sacrarum Virgi-
num Templo , ut morientis Christi
signum confexit , vehementer com-
motus , defixis statim oculis , a
sensu abstractus est , & in eo men-
tis excessu semihoram perduravit .
Ut se recepit : *Heu Matrem misera-
ram !* exclamavit , cuius *Filiū* sce-
lerati homines morti dederunt . Quid
contemplatus esse , rogatus , inge-
nuè fassus est : Calvariaz se tum ad-
fuisse , & Filii , ac Matri miseri-
cordiā captuni , maximis dolori-
bus cruciatum fuisse . Agrotantem
adierat Benedictini Ordinis Virtutem ,
eum-

tumque suavissimis colloquiis detinebat : quum de Christi nece sermo incidit , in quo Bernardus subito exanimatus concidit , albus , & gelidus , & mortuo propior , quam morienti , neque ullis fomentis restituji potuit . Post horam denique se exsuscitat , & ad sensum reddit . Quærunt ab eo , quæ ei se species ostendisset ? Respondet , oblatum sibi Christi sepulchrum , ejusque exticti corpus ; & quæ circa ipsum in funere facta fuissent pietatis officia ; in quarum rerum contemplatione parum absuisse , quin ipse , ut optabat , cum Christo decederet .

Unus e clavis , quibus Christus Cruci affixus est , Catanae magna colitur religione : Is solemni supplicatione ad pluviam impetrandam cirtuferebatur . Subsecutus est Bernardus nudis pedibus , viam que lacrimis , nunquam intermissionis , signavit . Ea res tantum effecit populi motum , atque concursum , ut nullus fuerit finis lacrimarum ,

L 51 &

& publici luctus. Denique in legitimis Bernardi Actis , quæ Siculi Pontifices considerunt, teste oculto Aguilera , qui hæc narrat , (a) contestatum reperitur , quod a miraculo oīl distabat , nimirum cernebatur in pupillis ejus , præter naturæ consuetudinem , non rei ex adverso adstantis , sed Christi a Cruce pendentis effigies , quasi index ejus , quam suo in pectori intime inscriptam gerebat , imaginis.

Ergo emulemūr charismata meliora : amemus Jesuitæ morientem pro nobis Jesum , amemus , inquam , privatim , & publicè ; animo , mente , oculis , voce : neque Christum solum ; sed instrumentum omne , quod olim Christo torquendo inserviit : & ab hoc Præceptore nostro discamus modum , quo assidue insudemus lucrandis animis . Idem Aguilera ibidem narrat c. 12. n. 20. de P. Petro Justinello , cum ipse

(a) i. p. Hist. Provincialis c. 18.
extremo n. 13.

ipse flagitiosis hominibus nimis austерum se præberet, ei simulacrum Christi, e Cruce pendentis, hæc insurraſſe: Petre, Petre, nonnihil amplius clementiæ, nonnihil amplius misericordiæ erga ſceleratissimos quosq; Tu te ideo difficilem illis, & fervidum præbes, quod non, ut ego, pro eorum ſalute cum cruciatu necatus es. Hac objurgatione castigatus, diſtitabat, adhibendam eſſe peccantibus ſeveritatis comitem indulgentiam, & indulgentiæ ſeveritatem. Habemus in hoc quod diſcamus, quod imitemur.

INDUSTRIA DECIMAQUARTA.

Pertinacitas, & Durities Judiciorum cum Contentione.

DEFINITIO.

MOrbus hiç non ſpectatur, hoc loco erga Moderatores, ſed in conſuetudine familiari; eſtque tantum ſuæ opinioñis tuendæ

L 6 ſu-

studium, ut temperantiae lineas omnes transfiliat, nulla habita ratione Auctoritatis adversariorum, & momenti rationum. Aliquando hic morbus versatur in opinionibus meritis, quæ ad agendum non spe&ant; aliquando in sententiis quibusdam de rebus gerendis. Prima obstinatio dicitur passim *Speculativa*, altera autem *Præflica*. Utrique Jesuitam, seu præcipuum Jesu militem, dedecet maximè. Hoc vitium aduersatur præcipuæ Jesuitarum tesseræ; quæ Animi defissio esse debet, & mentis; Jesus enim vult, ut ab ipso id discamus, ut humiles, & mites simus, sed ex corde. Contentio, & obstinatio character Hebraici populi erat, quem propterea dicebat S. Stephanus esse *durae cervicis*. Et Moyses populo Hebraico: (a) *Ego enim scio, ajebat, contentionem tuam, & cervicem tuam durissimam.* Propterea S. Paulus særissime Christians monebat,

ut

(a) *Deut. 31. 27.*

ut vitarent *Contentiones*, nempe in epistolis ad Romanos, ad Corinthios semel, atque iterum, ad Galatas, ad Philippenses, ad Timotheum, & ad Titum.

C A U S E.

Primas duas causas volo, ut nos doceant Poëtæ; ajebat enim Tullius: *Physica ratio, non inelegans, inclusa est in impias fabulas.* (a) Fingunt igitur Poëtæ Obstinatem filiam esse Erebi, & Noctis (b). Ecce duplarem Obstinationis causam. Pater scilicet Obstinatio Dæmonium malum est; Mater est Ignorantia. Pervicacibus, & obduratis in judicio cum contentione Christus improperat, quod olim Hebreis: (c) *Vos ex Patre Diabolo estis.* Quare Augustinus: (d) *Hu-*
ma-

(a) *L. 2. de Nat. Deorum.*

(b) *Ibidem.* (c) *Ioann. 8. 44.*

(d) *Serm. 164. c. 10. n. 14. l. 5.*
apud Maur.

manum fuit errare, ait, diabolicum est per animositatem in errore perseverare. Mater etiam Ignorantia est, si putas te errori non obnoxium; immo verò, si homines omnes ad unum errare putas: Tertia est Superbia, quæ docet, non ab aliis discendum, multò magis, si minores sint vel gradu, vel ætate. At S. Augustinus, rite in schola Christi institutus: *Absit enim, ajebat (a) Episcopus doctissimus, us erubescam a Presbytero discere.*

PERICULA.

Primum, ne degeneret in res etiam graviores. *Diversis, ait Augustinus, (b) locis sunt diversæ (Heres) sed una Mater superbia omnes genuit.* At quanam obstetricice peperit? *Obstinazione, ut patet, & docet*

(a) *L. 2. de An., & ejus Orig. 6. I.*

(b) *C. 8. n. 18. Serm. 46. de Pastribus in c. Ezech. 34. apud Mair.*

cet Theologia. Hinc nascitur secundum descriptum a S. Augustino:
 (a) Melius *Homo corrigitur pravus, quād frangitur durus*. Tertium, ne quæ nobis facit otia Societas, ut laxemus contentionem animi vel domi, vel foris, vel ruri, evadant fomes litium; & animus non solum non recreetur; sed exulceretur etiam. Quartum, ne ita assuecamus jurare in verba nostra, & obfirmato animo litigare de asini umbra; ut eodem temtemur morbo, ubi cum externis hominibus degimus, & versamur. Quintum, ne periculo exponamur gravis discordiæ, injuriæ, inimicitiæ. Contentionis parva scintilla sæpe magnum istiusmodi excitat incendium.

R E M E D I A.

Primum, & egregium exhibet Tullius, (id quod sapit Christianum

(a) *De 8. Q. ad Dalc. q. 3. n. 3. s. 6. Edit. Maur.*

nam modestiam:) Quantò superiores sumus , tantò nos submissius geramus . (a) Secundum exhibet exemplum P. Jacobi Salesii . Hic Parisis scripta quædam editurus in lucem , audivit in iis aliquid Praefecto Studiorum desplicere , quamvis plausibile , & subtiliter excogitatum , cujusmodi plurima sunt in Philosophieis . Nihil cunctatus , stylum in tabulis vertit , idque totum delevit . Fortasse Deus huic dicitati Martytii coronam largitus est , quam in Gallia est P. Jacobus asecutus , a Calvinianis occisus . (b) Tertium , ubi sententiam recantare tuam minimè licet , imiteris P. Martinum Gomium : Hic cum præstanti doctrina naturalium rerum , acrique judicio pulcherrimè consociavit spavitatem , lenitatem , modestiam , in Gymnasio maxime , & in docendi munere . In literariis concertationibus parcus erat

(a) I. De Offic. c. 26.

(b) Juvenc. l. 14. n. 28.

erat verbis , clamore inodicus , rationibus , ac responsis fortis , itemque consideratus ; nihil ut ex ore sive sedato , sive in æstu contentio-
nis effugeret , quod reprehensum vellet , quoq; efferri ipse , vel ad-
versarius ullo modo deprimi aut morderi videretur . (a)

Quartum , jacturam putabis non lucrum , cladem non victoriam , ubi palmam feras contendendo . Cede repugnanti : cedendo vitor abibis . Sanctiori sensu verum erit , quod sic suadet Ovidius ethnicis . Quintum , studebis & prece & conatu Arcem judicii proprii expugnare . Propterea P. M. Avila inculcabat suis olim , tunc nostris , ut caverent a Judicio proprio , tamquam a capitali hoste , & pestle : quod impense propterea opprimerent , ut narrat Orlandinus . (b)

HEB-

(a) Sacch l. 3 p. 3. n. 180. , & seqq.

(b) L. 14. n. 59.

²⁵⁸
HEBDOMADA

QUARTA, ET ULTIMA.

M E D I T A T I O

P R I M A.

D E C E L E S T I G L O R I A.

P R O C E M I U M.

PRIMUM Exercitiorum diem
Fundamento locando im-
pendimus; ultimum hanc
corundem diem Fastigio ab-
solvendo transigemus. Opportunè
suppetunt verba Augustini: (a)
Quod est fastigium construende fabri-
ca, quam molimur? quod per venturum
est cacumen ædificii? Cito dico: Us-
que ad conspectum Dei videntis.
Quam excelsum est, quanta res est,
conspicere Deum? Cælestis enim

Glo-

(a) Serm. 69. apud Maur. n. 3.

Gloria ab hac visione pendet, tanquam a prima origine. Fastigium autem hoc ostendet Fundamenti excellentiam; quemadmodum advertit Cassiodorus, differens de Cœlesti Gloria: (a) *Tunc verè cognoscet, quādō feliciter creati sunt, qui ad tam magna pervenerunt.* Et ecce tibi Orbis Exercitiorum similis Orbi fluminum, quæ, unde exēunt, revertantur; similiter Exercitiorum exēunt enim a Deo, Ultimo Hominis Fine; & ad eundem revertuntur in hac Meditatione; nec non in postrema hodierna de Amore Dei. Nimirum dici potest de his octo diebus, quod de octo Evangelicis Beatitudinibus scribebat Augustinus: (b) *Ottava, tanquam ad caput, redit; quia consummatum, perfectumque ostendit, & probat; itaque in prima, & ottava nominatum.*

(a) *De Anima c. 19.*

(b) *L. 1. Serm. Dom. in Monte, c. 3. n. 10. p. 2. l. 3. Maur.*

tum est *Regnum Cælorum*. Hac autem Meditatio magni a Professore Virtutum fieri debet; quia, ut docet S: Ambrosius: (a) *Sistidia ipsa Virtutum sine remuneratione torpescunt.* Cælestis autem Glorria *Merces magna nimis.*

Patronas:

Sanctus Philippus Neriis tribus de causis nobis patrocinabitur in hac Meditatione. Generallior prima est; quia adeò afficietur in Ordinem nostrum; ut in eum cooptari postulârit (b). Altera est, quia fatebatur, ab Exercitiorum Libello, didicisse se tutum orandi, meditandique modum. Tertia, peculiaris ea quidem, in eo est posita; quod amore Cælestis Gloriz adeò astuabat; ut, cum dono recepisset a Clemente VIII.

Pur.

(a) *L. 5. Comm. in Luc. c. 6.*

(b) *Apud Lancitium Op. 17.*

I. 2. c. 3. n. 197.

Purpureum Biretum, illud in aere
ejaculans, quasi per jocum, reper-
teret: *Paradise!* *Paradise!* quasi
diceret: *Præ te,* *Paradise,* omnia
mibi sordent!

P A R T I T I O.

I.

Triumphus Animi
ad Calum.

II.

Occupatio Animi
in Calo.

III.

Via Animi
in Calum.

F R U C T U S C A P I E N D U S.

DUplex est; ut maximi faciam
cælestem Gloriam, identidem
cum S. P. IGNATIO ingeminando:
*Quam sordet Tellus, dum Celum a-
spicio!* & ut non mihi soli eam ma-
ximi faciam, memor hortationis

S. Gre.

S. Gregorii : (a) *Si ad Deum tenetis, curate, ne prodeum soli venias.*

HYPOTYPOSIS.

Hanc sufficiunt Scalæ Jacobi,
e terra in cælum exporre-
atæ; quibus nitebatur Christus (quas
pariter vidit S. Romualdus) ut,
*lapsis manum porrigeret, ut ascen-
dentes suo ad laborem provocaret
aspectu*: quæ interpretatio S. Hiero-
nymini est (b). Licet igitur lassus,
scande, quid times, porridente
manum Christo? *Nibil est* (tem-
pestivè inquit S. Chrysostomus,) (c)
*validius eo, qui dexterā illā adjuva-
tur.* Adde, quòd cælestes Genii
alternatione ascensūs, & descen-
sūs ostendunt, se nobis præsto esse,
ut

(a) *Extremâ hom. 6. in Evang.*

(b) *Cf. 6. ep. 92. ad ful. sub
finem p. 2. t. 4. Op. edit. Maur.*

(c) *Hom. 53. in Gen. n. 1. t. 4.
edit. Mar.*

ut opem ferant, quò tandem nobiscum, jam salvis, ad Cælum redeant. Finge etiam Christum, innixum scalis, a cælestibus & Geniis, & Jesuitis coronari, quorum aspectu etiam ad laboriosam ascensionem provocemur. Sed potissimos inspiret animos, quæ Christi latus tegit, MARIA.

P R E T I T I O.

DUplex sit, ex Kempis sumpta, sed in unam coalescens: (a) *Eleva mentem, pressam mole peccatorum, & ad Cælestia totum desiderium meum suspende: ut, gustata suavitate supernæ Felicitatis, pigeas de terrenis cogitare.* (b) *Erige cor meum ad te in Cælum; & nec dimiccas me vagari super terram.*

LE-

(a) *L. 3. c. 23. n. 5.*

(b) *L. 4. c. 16. n. 2.*

LECTIO.

Kempis Lib. 3. c. 48. *De die Eternitatis, & hujus vitæ angustiis.* Ex Lib. Exert. Quatuor annotationes pro quarta Hebdomada, quas invenies post Contemplationem primam quartæ hujus Hebdomadæ.

PARS I.

*Triumphus Animi
ad Cælum.*

Romanorum Bonorum maximum Triumphus erat Imperatorius. Tamen Vespasianus, ut narrat Suetonius, (a) *Triumphi die, fatigatus tarditate, & tædio pompa,* eum sibi vertit poenæ. Quid miraris? Suscipiam cum Seneca: (b) *Quid stupes? Rompa est. Ostenduntur*

(a) *In vita c. 12,*(b) *Ep. 110. ad Luc.*

tur istae res, non possidentur,
& dum placent, transeunt. At
Triumphas Animi ad Cælum,
& maximum erit Bonum, neque
erit Pompa exotica; sed specimen
Cælestis Gloriarum. In primis repen-
tina ipsa ex illo flammarum lustra-
lium carcere evasio magno tibi erit
gaudio. Prima enim, ait S. Tho-
mas, (a) e quatuor excellentibus,
& repentinis latitiis est de carceri-
bus egredi, quo tempore id minus
expectas. Id autem continget eò
citiùs, quò sanctius vixerimus. Pi-
deles, inquit S. Augustinus, (b) per
ignem quemdam purgatorium, quan-
tò magis, minùsve bona pereuntia,
dilexerunt, tantò tardius, citiusque
salvari. Non hoc obiter est meditan-
dum. Nuncium tam fortunati transi-
tus e carcere ad Solium afferet Cæ-
lestis ille Genius, cui salutis nostræ
Pars II. M ne-

(a) Op. 71. c. 6.

(b) De 8. Q. ad Dulcit. in solus;
q. 1. n. 13. l. 6. Mont.

negotium tractandum traditum a
Deo est, ut, qui capiat, ipse perficiat.

Igitur in eo ergastulo lucidus
ad eò adstabit; ut *lumen refulgeat*
in habitaculo, hilarisque supra mo-
dum exclamabit, quemadmodum
Hebrei illi, soluta a Syris Sama-
riæ obsidione: (a) *Hac enim dies*
boni nuntii est. Bonum autem anun-
cium his afferet verbis: *Hodie me-*
cum eris in Paradiso. Tum subdet
verbis Baruch: (b) *Exulta, Jeru-*
salem, stola luctus, & vexationis
sua, & indu te decore, & bono-
re ejus, quæ a Deo tibi est, sem-
piterna gloria. Tum verò felix
Animus, excusâ flammâ, cade-
tibus sponte catenis, iudicis vesti-
mentis latitia, & gloria, Collegis
vale dico, currum coascendet
triumphalem; de quo David hæc
portenderat: (c) *Carris Dei de-*
cem millibus multiplex, millia la-
san-

(a) 4. Reg. 7. 9.

(b) *Isaie c. 5. Vaticinij;*

(c) *Ps. 67. 18.*

santium. Puncto temporis superabunt Cælum Lunæ. Hoc loco ubi subsistens parumper; ecce tibi (inquiet Genius, triumphi Ductor) tempus, & locus, de quo Isaías etiam de te vaticinatus est c. 23. 17c.
Oculi ejus cernent terram de longe.
 Despice terram. Ubi hanc in eis amplissimis spatiis, iastar nubeculae parvæ, despiciet tandem, commiseratione Mortalium captus, animus exclamabit, vel verbis a Seneca mutuatis: (a) *O quam ridiculi sunt Morealium termini! ... Punctum est istud, in quo bellatis, in quo navigatis, in quo Regna disponitis; vel verbis a Plinio sumptis;* (b) *Jam mundi punctus (neque est enim aliud Terra in Universo) bac est materia gloria bac sedes.... hic tumultuatur Genus humanaum.... Quam tandem portio- nem ejas Defunctorum obtineat? At pergeadum est.*

M 2

Jam

(a) In Pref. QQ. Nat.

(b) L. 2. Hist. Nat. c. 68.

Jam , superatis immensis illis
 cælestibus Regionibus non sine stu-
 pore , & voluptate , pervenitur ad
 Divinæ Aulæ portas . Hic trium-
 phi Comites vociferantur : *Attolli-*
te portas , Principes , vestras ; & ele-
vamini portæ æternales , & introibit
Rex gloriae : utique Rex glorie .
 Quicumque salvus erit , erit Rex :
 hinc Jeremias ajebat de superna
 Hierosolyma : (a) *Ingredientur per*
portas Civitatis hujus Reges , &
Principes . Lima Peruani Regni
caput , Civitas Regum dicta est .
 (b) *Paradisus , Lima est potiori*
jure , quot enim ibi Cives , toti-
dem Reges sunt .

Interea aperitur Porta , & ve-
 lum Templi scinditur in duas par-
 tes , nempe *Fidem , & Spem . Exem-*
plo in suavissimam Ecstasim ra-
ptus animus , eo beante obeytu :
Manbu ? dicet : Manbu ? Quid est
boc ?

(a) C. 17. 25.

(b) Sacch. p. 3. l. 5. n. 329.

boc? Quid est hoc? (a) Proh Para-
disum pulchrum nimis, & jam meum
in omnem æternitatem!

Triumphatorem excipient Ami-
ci, Parentes, & ii omnes, qui vel
ejus operâ salvi sunt, vel operam
in ejus salutem contulerunt. Ino-
pinato occursu Filiorum e Cannen-
si clade, duæ Matres Romanæ,
ad Romæ portas sollicitæ, gaudii
impetu extinguitur, Filiorum
collis infusa. Quantus igitur erit
mutuus cælestis illius gaudii im-
petus in illo occursu? Tamen hac
in re primas sibi vindicabit MA-
RIA, Magna Mater. Scribens ad
Eustochium, Hieronymus, (b) dum
id contemplatur, exclamat: *Qua-
lis erit illa dies, quum tibi MA-
RIA, Mater Domini, Choris oc-
curret comitata Virgineis!* Ipsa ubi
ostendet, quanto studio ejus glo-
riam procurârit, exultantem ani-
mum ducet ad solium Divinitatis.

M 3

Tum

(a) Ex. 16. 15.

(b) Ep. 19. cl. 2. p. 2. t. 4 Ed Maur.

Tum Deus , præclarè intelle-
xisti , inquiet , quām verè olim di-
xerim : (a) *Electi mei non labora-
bunt frustrè.* His adjicet alia Isaïæ
verba : (b) *Et scies omnis caro ;
quia ego Dominus salvoans te , &
Redemptor tuus fortis Jacob.* Post
hæc , dæcetâ ejus Prædestinationis
telâ , quam Christus orditus est ,
sua potissimum morte , agetur de
Coronatione .

At , quænam , & qualis erit
hæc Corona ? Qua neque major , ne-
que par alia fingi queat . Accipe
Isaïæ Vaticinium , tunc fane explen-
dum : (c) *In die illa erit Dominus
exercituum Corona gloriae , & Ser-
tum exultationis revertentibus
de bello . Qui plausus ! quæ gaudia !
quæ grati animi significaciones ! Is
cor hominis non ascenderunt . Coro-
natus animus Deo suo , Solium glo-
riæ confendet , Deum suum sine
in-*

(a) *Isai. 65. 23.*

(b) *Ib. 49. 26.*

(c) *Ib. 21. 5. 6.*

intercapidine , sine fastidio , sine timore , immenso æternitatis cursu , contemplaturus .

Sed & alia Corona manet Apostolicos in Cælo viros , quam si concinnabunt , qui horum operæ salvi facti sunt . His enim quisque illorum , verbis Pauli , usquè diceret : *(a) Gaudium meum , & Corona mea ! Proh ! quanta , & qualis corona istiusmodi honestabit Xaverium nostrum ! Rem hanc confitemo exemplo Sancti Amandi , Episcopi Traiectensis . (b) Ubi Apostolicus hic Vir e vivis excessit , se videndum præbuit Aldegundi , Virginis Sanctissimæ , quasi transferret ad Dominum , & multitudine populi , quæ per eum crediderat Christo , sequeretur illum .* Magnum sanè Jesuitis incitamentum , ut ex consilio Sancti Gregorii , superiùs indicato , eurent , ne ad Deum soli veniant .

M 4

PARS

(a) Ad Phil. 4. 1.

(b) Apud Boll. t. 1. Febr. ad diem 6. in Comm. Præv. §. 15.

*Occupatio Animi
in Cælo.*

Beatus Animus quatuor summis Bonis occupabitur in Cælo ; divinis nempe *Visione*, *Amore*, *Gaudio*, & *Pace*; quæ quatuor Beatitudinis Flumina a Deo, Bonorum omnium fonte, perenni, largoque cursu in beatum animum derivabuntur. Et quoniam ritus explicandi cælestia, Divinorum Librorum & admonitu, & exemplo, unicus est, si a terrenis rebus mutueris imagines ; huic consuetudini morem geram, quin latum ungues ab ipsis discedam divinis Libris.

Neminem vestrum latet, a *Paradiso* terrestri adumbratum, fuisse cælestem. Jam verò de terrestri *Paradiso* hæc narrat divinus *Historicus* : (a) *Sed Fons ascende-*

(a) *Gen. 2. 6. 10.*

*debat e terra Et Fluvius egrave-
diebatur de loco voluptatis ad irri-
gandum Paradisum , qui inde divi-
ditur in quatuor capita ; seu princi-
pes fluvios . Tria hic dicuntur ;
Fontem ascendere ; Fluvium irri-
gare Paradisum ; & hunc eundem
deinde Fluvium dividi in quatuor
Fluminum initia . Similiter in cæ-
lesti Paradiſo . Fons est aquæ salien-
tis in vitam æternam , Deus : quæ
formula Christi est ; (a) quo teste,
Fons hic uaus est , qui omnino ex-
plere sicut nostram queat . Dein-
de concipe mente Cælum instar
Viridarii . Hortus enim conclusus
dicitur . (b) Cælites , Arbores sunt
perpetuò videntes , florentes , fru-
ctuosæ . Cui tantam hanc perennem
felicitatem acceptam referre de-
bet ? Deo , a quo fonte nascitur ,
qui Fluminis impetus lætitias Civili-
tatem Dei . (c)*

M 5

Quæ-

(a) Joann. 4. 14.

(b) Cast. 4. 12. . . .

(c) Pj. 45. 5.

Quænam autem illa sunt regalia quatuor Flumina , ex illo divino Fonte profecta? Sunt nempe Flumina *Lucis* , *Ignis* , *Gaudis* , *Pacis* ; Flumina autem , sed instar perpetui Oceani , quæ unâ subeundo Cælitum animos , perfectum in modum beant . Præterea Deus iacet Paradiſo in medio , quasi Fons ; immensa Superorum Corona ad labra hujus fontis , ad ripas hujus fluminis , ad litora hujus oceani pleno ore potat æternum , æternumque *Lucem* , *Ignem* , *Gaudium* , & *Pacem* . Ecce tibi sempicernam Cælitum , beatissimam , beatissimque occupationem .

Primum igitur Deus , *Luminis Fons* est , inquit Lactantius . (a) *Fons?* parum est , exclamat S. Bernardus ; immò verò *Immenſum Regalus aeterni Luminis* , & *luminofæ eternitatis* , cui *Cælestes Animæ immer-*

(a) L. 2. *divin.* *Roſſit.* *inicio cap. 9.*

merguntur. (a) Ne autem obtundatur oculus tanto lumine, & perstringatur, in promptu est Lumen aliud arcanum, quod insuetum obtutus roboret longè melius, quam crystallum, ut ille Fons, Pelagus illud luminis possit, iminoco oculo, usquæ aspici, & tunc. Hoc Theologi vocant *Lumen Gloræ*, Doctores Davide, ajente ad rem: (b) *Quoniam apud te est Fons vitæ*; (*scilicet Vitalis Luminis*) & in Lumine tua videbimus Lumen; atque in lumine Gloræ videbimus facie ad fæciers lumen divina pulchritudinis. Nam Dominus regnavit, ait David, (c) *decorum induitus est*. De hoc admirabili lumine, de hoc pulchro Sole exclamabat Salomon, utrumque suspirans: (d) *Dulce lumen,* & *delectabile est oculis videre Solen.*

M 6 Am-

(a) Op. 8. Tr. de Dicit. Deo c. 11.
n. 30. 2. Op. Edic. Muur.

(b) Ps. 35. 10.

(c) Ps. 92. 11.

(d) Eccle. 11. 7.

Amplius : non videbimus modò Deum , sed a Deo videbimur etiam . *Hoc enim* , inquit in loco Augustinus , (a) bonum est , videntem videre ; videre , inquam , & ipsum per se , recto lumine ; & quasi in singulis Cælitibus , velut totidem Speculis sine macula multiplicatum ; reflexo , ut ajunt , lumine . Huc aliquid debat Apostolus , sic ad Corinthios scribens : (b) Nos verò omnes , revelata facie , gloriam Domini speculantes (legit Græcus , Glorię Domini imaginem referentes) in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem , tanquam a spiritu . Uno verbo : scribebat Joannes : (c) Similes ei erimus : quoniam videbimus eum , sicuti est . Ecce tibi beatæ occupationis Animi in cælo primam quedammodo partem , Fluvium Lucis : sci-

li-

(a) Serm. 10. de Verb. Ap. apud Maur 69. n. 3.

(b) Ep. 2. c. 3. 18.

(c) Ep. 1. c. 3. 12.

licet videre in immenso lumine Dei pulchritudinem ipsam per se , & in sexcentis Pareliis , & ab ea semper videri. *Prob admirabilis VISIO!*

Alter erit Fluvius *Ignis* .

Quid dubitas ? Id testatur oculatus testis Daniel , Vates : (a) *Fluvius igneus , rapidusque egrediebatur a Facie ejus , (quem ibi vocat : Antiquum dierum ,) nempe Dei.* Scilicet post immensum illud lumen , nascatur , necesse est , flagrantissimum amoris suavissimi incendium . De hoc Amore separatim agemus in proxima Meditatione . Ecce tibi beatæ occupationis Animi in Cælo alteram quodammodo partem : clarissimè videndo , flagrantissimè amare Deum . *Prob ineffabilis AMOR!*

Tertius erit Fluvius *Gaudis* , quem instar profundi torrentis describit David : (b) *Torrente volupatis tuæ potabis eos ; addere poterat : & abyssō ; nam ex eo , quòd vir*

Fidei

(a) C. 7. 10. (b) Ps. 35. 9.

Fidelis a Christo invitetur, at intreret in gaudium Domini sui, S. Bernardinus (a): *Mystice innuitur, inquit, quod Gaudium illud non solum in eo est intrè, sed undique illum circumdans, & absorbens, & ipsum, velut abyssus infinita, submergens.* Ecce tibi beatæ occupationis Animi in calo tertiam quodammodo parem: gaudere exteriores, interioresque sensus, gaudere Animi potentias, gaudere omnibus & partibus, & modis, & (quod caput est) gaudere Deo, clarissimè viso, flagrantissimè amato. *Prob liquissimum Gaudium!*

Quartus, denique erit Fluvius Pacis: Duo Haec testimonia id confirmant. Primum extat cap. 48. 18: *Sicut Flumen, Pax tua;* alterum cap. 66. 12: *Quia haec dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi Fluminum Pacis.* In hac Pace colloquac S. Thomas ultimam Animi

(a) *Serm. de S. Joseph a. 3. t. 3. Op.*

mi excellentiam : (a) Ultima consummatio Hominis consistit in perfecta Quietatione Intellectus, & Voluntatis. Ecce deinde tibi beatæ occupationis Animi in Cælo quartam quodammodo partem : in Deo clarissimè viso, flagrantissimè amato, suavissimè delectante quiescere tam mente, cum animo perfectissimè. Prob abfutissima Pax !

Beantis Pacis tres agnoscit doctes S. Thomas ; (b) Ubertatem, Securitatem, Immobilitatem, quæ docentes erunt Beantis Visionis, Beantis Amoris, Gaudii Beantis. Primam doctem exprimit ipsum Fluvij nomen. Dicam de una Pace, quod, velim, intelligas de Visione, Amore, Gaudio. Flumen Pacis, ait Augustinus, (c) profecta Abundansiam Pacis debemus accipere, qua major esse non posse. Quod spectat ad Securitatem : hæc adeò Beacitatem,

sem-

(a) Op. 3. a. 149.

(b) In Expl. q. 26. Iiis. sub finem.

(c) L. 20. de Civ. c. 21.

semper comitatur ; ut , ex communione Theologorum sententia , Beatitudinem ipsam ex parte conflet . Denique *Immobilitas* principem in eo Beatitudinis Regno locum habet ad beatos animos . Differens de Cœlesti Gloria Cassiodorus , deque ejus Bonis , c. 19. de *Anima* , hæc scribebat : *Magnam est bis perfrui ; sed multò melius quodd inde non probatur emiri.* E contrario dicendum de Bonis Mortalium , licet sincera essent bona . Accipe egregias S. Chrysostomi similitudines : (a) *Sicut videri nequit in rota , qua continuò versatur , aliqua parsejas , et quod crebrā circumferentiā semper summa fiunt ima , & ima summa ; ità & nostrarum rerum impetus , dum continuò verruntur , summa facit infima ; ut videre licet in divitiis , potentiis , & aliis . Nunquam enim in eodem statu manent ; sed semper instabiles fluminum fluxus*

(a) Serm 9. in Gen. n. 4. 8. 4.
edit. Maur.

xus imitantur. Quid igitur his incertius, quæ tam crebro transferuntur, & priusquam rectè appareant, avolant; priusquam adveniant, resiliunt?

Quæ cum ità sint, posthabitis terrenis omnibus Bonis, diu, non
etique suspiremus. Proh Visio, admirabilis Visio! Proh Amor, ineffabilis Amor! Proh Gaudium, liquidissimum Gaudium! Proh Pax, absoluissima Pax! Et exhortemur ad hæc nos invicem formulis Augustini, irrequieti cælestium rerum amatoris: (a) Eja, Fratres mei, ardenter desideremus propriam Patriam: peregrinationem istam, quæ nos ab ea adhuc detinet, toleremus, non amemus: festinemus tamen. Non est, quare bic stare; nec jam invenis in Sæculo, quod jam possis amare.

PARS

(a) Serm. ad Catech. de Cant. Novo, & de Reditu ad Cœl. Patriam, ac viæ periculis. c. 2. col. 591. l. 6. Maur. Edit. Paris.

P A R S III.

*Via Animi
in Cœlum.*

NE irritus constus noster sit ; & sterile studium ; laborandum nobis strenue est de arripienda Cœli via ; ut quò præmisimus vota , & suspiria , nullo præpediente obice , eodem ipse Animus faultissime aliquando tandem perveniat . Viam hanc pono in duobus Paradoxis Christianis ; quorum primum est ; ut *Velis Cœlum , sed serio* . Scribebat Lucilio Seneca : (a) *Quid tibi opus est , ut sis bonus ? Velle* . Equirdem dicam : *Quid tibi opus est , ut sis beatus ? Velle* . At inquires cum Seneca : (b) *Vivere omnes beatè volunt* . Verum cur retices reliqui ? Subdit enim : *Sed ad pervidendum , quid beatam vitam efficiat , caligant*

(a) Ep. 80.

(b) Init. L. de Vita Beata.

gant ; seu verius *caligare volunt*
Igitur volendam, sed ferid; sed u-
nus hoc volendam ; quia porrò
anum est necessarium . Propterea
scitè David : Unam petii a Domi-
no, ajebat, (a) banc requiram; ut in-
babitem in domo Domini omnibus die-
bus vitæ meæ . Votis addebat obtu-
sits Isaias, eo'que continuos; ut tan-
dem fassus fuerit: (b) Attenuati sunt
œnli met suspicentes in excelsum .
Corpore in terra simus, Animo in
cælo, ut nobiliori de causa dici de
nobis possit, quod acutè de Popel-
lo Portm Boni-aëris, vagationibus
-dedito, scribit P. del Theco : (c)
Quotidie exules, & semper in Pa-
tria . Ex hac feria voluntate alle-
quendi Cæli, ex hoc ejus adeun-
di desiderio, ex hac ejus contem-
pandi assidui occupatione facile
nasceretur humanarum rerum om-
nium magnanima contemptio .

Du-

(a) *Pf.* 26. 4.

(b) *Isaj.* 38. 14.

(c) *Hist. Paragm.* l. 13. c. 13.

Duo præsto sunt egregia.
 Exempla ex profana Historia : Primum in *Anaxagora*, in *Scipione Africano* alterum. Ille sciscitantibus, cur humana omnia contemneret? Spectato Cælo, ajebat : *Illa Patria mea est, illam ego curo, non ea, quæ sunt super terram.* Hic, ubi se spectandum somnianti P. Cornelio Scipioni dedit, ter aspectu Cæli eum ad parvi terram pendendam hortatus, sic concludens inducit : (a) *Igitur alta spectare si voles, atque sedem, & æternam domum conzueri; neque sermonibus vulgi dederas te; nec in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum: suis te illecebris oportet ipsa Virtus trahat ad verum Decus.* Quid de ceteris loquantur, ipsi videant, sed loquentur tamen.

Secundum Paradoxum, magis in speciem arduum, est, ut auspicieris jam nunc beatam illam Superorum Occupationem. Ego quidem opini-

(a) *Apud Cic. I: 6. de Rep.*

opinor sic definiendos esse germanissimos Jesuitas : *Homines, alios natos, qui, per temporariam beatitudinem Mortalis vitae, aeternam Immortalis comparant sibi.* Rides ? Christus Pharisæis potentibus : *Quando venit Regnum Dei?* Respondit ad rigorem de *Messia*, ad figuram de *Paradiso* : *Ecce enim Regnum Dei intra vos est.* Id quod probat viâ aliâ P. de Ponte (a). Quemadmodum igitur in Calo occupabitur Animus, contemplando Deo, & amando ; de eo gaudendo ; in eo quiescendo ; similiter proportione & in terra occupetur, quoad patitur misera Mortalis conditio.

Contemplare ergo Deum, primo manè ita ut prima cogitatio tui, e somno excitati, de Deo sit, quam inter vestiendum foveas. Succedat altera contemplatio in horaria Meditatione. Esto tertia, quo tempore Christianum sit Sacrificium.

Si-

(a) *P. 3^o Med., Med. 14. i. p.
expl. Peſit. Dom. in pet. 2.*

Sint quarta in matutino Examene, quinta in pomeridiano Librorum Lectione, sexta in quotidiano precum vocalium penso, septima in serotino Examene. Hæc septem erunt ex aucto magnissimo lucernæ, quas, Dei iussu, Moyses fecit, locavitque ante Arcam in Tabernaculo: (a) & tunc nobis etiam divini Lux Solis erit sepiuspliicer, sicut Lux septem diuersa (b) Hæc ad Lacum spectant.

Venio ad Ignem, qui & servilis esse debet, & perpetuus. De Igne generatim scribebat Seneca: (c) Est enim aënosus, & pertinax ignis. De Igne sacro iussit hæc Deus: (d) Ignis in altari meo semper ardebit, quem autem Sacerdos, subjiciens ligera... Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiat in altari. Paritet in animo nostro, quasi in aera,

Deo

(a) Exodi 37. 27.

(b) Ier. 30. 26.

(c) L. 2. de Ira c. 19.

(d) Lev. 6. 12. 13.

Deo sacra, actuosus vigeat, pertinax, perpetuus ignis. At quænam istiusmodi ligna sunt? Sancta cum hominibus colloquia, breviuscule ad Deum preces instar jacoborum, quas jaculari debemus in cor Sponsi, punctis singulis temporis non secus, ac respiramus, ut nobis auctor est S. Chrysostomus. Sic fiet, ut de quolibet nostrum dici possit: *Tantum in te est Deus;* (a) quem unum ames. Stoici volunt: (b) *Novo quodam amore veterem,* amorem, tanquam clavum clavo, ejiciendum: quanto magis sacre Dei amore profanus ejiciendus est?

Si autem unum Deum amabimus, facile uno Deo gaudemus nam, ut docet Aristoteles: (c) *Amare alii est gaudere amato, quatenus poterit.* Non interdicitur Viris Sanctis **Gaudiam**, immo præ-

ci-

(a) *Isai. 45. 14.*(b) *Cic. extr. 4. 22 Tusc.*(c) *L. 7. Mor. Eud. c. 4. a. 1.*

cipitur; immo ipsorum suum proprium dicitur; si modò in uno Deo positum sit; id, quod præstabimus, collineando in Deum quidquid agimus, loquimur, cogitamus. Exemplo sit P. Petrus Antonius Castellus, (a) qui unum sibi Deum proposuit, tanquam initium, ac finem rerum, & cogitationum suarum, quem unicè amaret, atque respiceret; reliqua omnia sibi omnino nihil esse, secum statuit. Ea fuit pro rata, ut aijunt, & puppis consiliorum suorum. Nam vitæ rationem ita instituit; ut qui sibi omnino persuaserat; humana omnia de rebus periisse; unum Deum esse reliquum, cui placaret, & cuius voluntatis serviret.

Denique (b) Inquire Pacem, & persequere eam; instar Venatoris sagacis in investiganda, & subsequenda præda, jamdiu, & labiosè expetita. Enimvero, Doctore S. Tho-

(a) Aguil. p. 2. Hist. Prov. Sic. c. 9. n. 5. (b) Pf. 33. 15.

S. Thoma , (a) *Ultima consummatio Hominis consistit in perfecta quietatione intellectus, & voluntatis, quæ est Pax in Deo; ut nempe nihil velis, nihil nolis, nisi ductu Voluntatis Dèi,* (b) qui replet in bonis desiderium tuum . Hoe unam æternitatem spectare debet; ut Mortalis æternitatem prægustare possis; attestante S. Bonaventura : (c) *Quisquis in solo Æternitatis desiderio figitur, nec prosperitate attollitur, nec adversitate quassatur: dum nil habet in Mundo, quod appetat; nil est de Mundo, quod periremescat.* Accedit, quòd (ut docet S. Bernardus, differens de homine hoc modo dirigente desiderium suum) : (d) *Sic offici, deificari est.*

Pars II.

N

Cer-

(a) Op. 2. c. 149.

(b) Ps. 102. 5.

(c) L. 4. Pbar. c. 24. ex S. Greg.

(d) Op. 3. Tr. de dis. Deo c. 10. n. 28. apud Mair.

Certas quasdam quatuor scien-
tias, ut testatur Ugutio, (a) Ma-
thematici vocant: *Quadrivium*;
idest quasi quadruplex via ad sa-
pientiam. Quæ hæc tenus explicui-
mus, *Lux*, *Ignis*, *Gaudium*, *Pax*
erunt tibi *Quadrivium*, non ad sa-
pientiam modò, sed ad Beatitudinem
sempiternam, immo tibi erunt etiam
Beatitudo ipsa in præsenti, quo ad
eius fieri potest; dicam enim de his,
quæ in hac Meditationis Parte dispa-
gnavimus: *Qui facit hæc, non move-
bitur in æternum*, quibus verbis
David claudit Psalmum XIV. Ad-
jiciam aliam Conclusionem, quam
colligit S. Hieronymus ex eisdem
his, ab ipso allegatis, Davidis
verbis; & qua claudit Librum
primum Apologizæ adversus Russi-
num: *Ergo, qui non facit, jam
corruit in æternum*; quod a nobis
avertat Deus.

Exem-

(a) *Apud P. Vésalem in Lxx.
Maib. V. Quadrivium.*

EXEMPLUM.

Provincia Flandro-belgica Ordinis nostri (qua nulla industrior, & laboriosior) exacto primo Societatis Sæculo, ut illud videnti seculari celebraret pompa, opus edidit spissum sanè, & operosum, quod inscripsit: *Imago primi Sæculi Soc. Jesu.* Hujus quintus Liber est de *Societate bonorum*, ubi cap. 8. commendatur singularis Societatis felicitas, privilegio in ea morientium contestata. Caput exorditur ab exaggerandis amicorum querelis de ærumpno saecularium, vita, immodicis fracta laboribus, & imminuta: quæ tamen Sociis, Deum, & æternam felicitatem spectantibus, odiosa minimè est ex eo præsertim, quod post mortem obyiam illis Christus occurrat, præcipua quadam egregii amoris significacione.

Tanta hæc gloria est, ut, lumen illud Ordinis nostri, Cienfuegos, Purpuratus doctissimus, ejus-

N 2 mo:

modi privilegium explicaturus in
Vita S. Francisci Borgiae l. 5. Ca-
pitulo 10. §. 5. fateatur, non mo-
dò se timidè id scribere, & verecun-
dè; sed desperare, se fidem narrationi
fuisse facturum; nisi hæc Societatis
gloria Seraphini vocem, & calamum
jam nacta esset; unde necessariæ au-
toritatis pondus accessisset. Enim-
vero privilegium illud a S. **Teresa a**
Jesus, quæ, dum viveret, Seraphi-
cam æmulata est consuetudinem,
accepimus, quemadmodum legi-
mus extremo capitulo 38. vitæ,
quam ipsamet de se scripsit, ada-
cta imperio Moderatoris animi sui,
qui eo tempore erat insignis. qui-
dam Theologus ex illastrissima
Prædicatorum familia. Sed quod
paucis eo loco persequitur Virgo
Sanctissima, id multis, fide plenis,
narrat P. Crisoëllus, eurrente an-
no ærae Christianæ 1616. 13. Ja-
nuarii.

Hæc est rei summa. Intererat
sacro cœlum Socii in templo Col-
legii **Cordubensis**. S. **Teresa** vel

animi, vel corporis confecta ærum-
nis. Obierat proxima nocte qui-
dam Socius, munere æditui fun-
eris 30. circiter annos, tanta cum
opinione virtutis; ut, cùm quoti-
die frequentarent illud Templum,
quadraginta Virgines Deo devotæ,
omnes multis de caufis de voce
noverat, de facie neminem. Vir-
go, rerum nostrarum studiosissima,
Fratriis Animum Deo commendabat
exquisitissimis precibus; cùm
usu sensuum interdicto, Animus in
cælum avolat orantis Virginis, ca-
lesti spectaculo recreatus.

Suspicit Animorum agmen,
quod e lustralibus flammis ad cæ-
lestes voluptates rectâ contendit.
Agmen ducebat Animus præ cæ-
teris gloriösior; cui omnes felicis-
simi ii. sectatores gratulabantur.
Mirum! Cælum introeuntibus
Christus occurrit, reliquo Solio.
Teresa, non satis intellecto admirabili ostento, Animum de poste-
rioribus unum, audet interpellare,
& petere, quinam ipsi forent? &

N 3 præ-

præsertim ipsorum Dux? denique
 (quod caput erat) quid sibi vel-
 let Christi Domini occursus? Cui
 ille paucis: *Dux noster*, ait, est e
Societate Jesu. Fraser ille, pro quo
 orabas paullo ante. Nos *Duci gra-*
tulamur; *beneficiarii enim ejus su-*
mus, ut pose qui virtutis ejus, ac pre-
cibus debemus, quod bodice a lustra-
li ergastalo liberati, scandamus ca-
lam, diu optatum. De Christi Do-
 mini occursu nibil est, quod mireris.
 Id moris est in Cælo, præcipue, &
 singulari quodam privilegio, ut mor-
 tui Jesuitæ Animum, dum ingre-
 dier Cælum, obvius Christus exci-
 piat. Proh inauditum divinæ in nos
 benevolentiaz argumentum!

Jure igitur, ac meritò auctor
 præfati Libri *Imaginis*, post hanc
 narrationem, jubet, ut eâ auditâ,
 quisque Sociorum, graci animi sen-
 su, ac veluti æstro percitus, exclamet:
O præclarum diem! o felicem
conditionem, qua in illam ego Socie-
tatem bominum, cætumque me con-
tuli; quaque ex mundi turba, &
 col-

colluvione discedens , illis ego Viris
 aggregatus sum , quorum ipse meri-
 zo , & virtute consequi possim , quod
 a propria sperare non audeam ! O
 fortunatam Jesu Societatem , quæ
 adscriptos sibi Socios , aptos æternæ
 felicitati vel invenit , vel facit ! Duos
 etiam inde colligam fructus . Pri-
 mus est ; ut studeam lucrandis Deo
 animis , quorum lucrum mihi adeo
 aliquando gloriosum erit , cùm cæ-
 lum ingrediar , triumphantis instar .
 Secundus est ; ut ita meæ vicera-
 tiones componam ; ut & vivere , &
 mori in Societate merear ; quod tan-
 tæ gloriæ , tantique beneficii , (quod
 Viros e Societate manet) particeps
 siam : & utraqæ hæc cogitatio ,
 utrumque propositum perpetuò an-
 te oculos obversetur , ut ibi fixa-
 sine corda , ubi tanta sunt gaudia .

INDUSTRIA DECIMAQUINTA.

*Perturbatio Pacis ,
& Seminatio Discordiarum ,
& Jurgiorum .*

DEFINITIO.

PAx hoc loco est, veluti Religiosæ familiæ Tranquillitas, Harmonia, Ordo, Symmetria. Tranquillitas est Quies maris, tempestatis expers. Harmonia est ex Quintilianō: (a) Diffimilium Concordia. Ordo ex Ciceronis sententia (b) est: Compositio rerum, aptis, accommodatisque occasionum opportunitatibus. Symmetria ex Vitruvii definitione (c) est: Ex ipsis operis membris convericet consensus, ex partibus que separatis ad universæ figuræ speciem ratè partis responsus. Tran-

quil-

(a) L. i. c. 10.

(b) L. i. de Off. c. 51.

(c) L. i. c. 2. "

quillitas servit commercio , Harmonia auditui, Ordo negotio, Symmetria visui : Et Pax Familiae servit his omniaibus , commercio Sociorum commodat , recreat audientes , familia reddit negotia , postremo intuentes exhilarat . Jure igitur S. Augustinus (a) : *Tantum est enim , ait , Pacis bonum ; ut etiam in rebus terrenis , asque mortalibus nibil gratius soleat audiri , nihil desiderabilius concupisci , nihil postremo possit melius imaginari .* Qui igitur collit tantum Bonum , perturbatur Pacis , invenit tempestatem , discordiam , confusionem , importunitatem . Uno verbo : Ex Augustini sententia , topo , p. 49 Libro approbat , in Pace sita est Beatusudo , atque adeo in Pacis negatione Summa Infelicitas . Hocis Beatitudinis ille hinc est dicendus .

N 5 CAU-

(a) L. 19. de Civ. Q. 11. A.

C A U S E.

Prima Causa est cupiditas, & invidia, mendacio, fallacizque subnixa . Qui enim *cupit*, quæ *sua* sunt, dolet de alterius bono ; hioc ad mendacium confugit ; ut fratre eo spoliet bono ; & furto gaudeat ; actis etiam fallaciarum cuniculis. Secunda est exulceratus in Fratrem animus, qui nescit quicquam vel cum eo, vel de eo pacifice loqui. Tertia est Superbia. *Sunt enim*, advertit Aquaviva n. 11., qui ex quadam varietate alii detrahunt, alios judicant, & decernant, probantes, improbantes, quasi soli Sapientes. Quarta est loquendi Impudentia ; quidam enim inconsideratores, quidquid in buccam venit, garriunt, blaterant, & aliquando meras faces discordiarum loquuntur. Quinta est Studium Nationis, qui nævus, ut sapienter advertit P. Juvencius, (a)

sum-

(a) L. E. §. 3. n. 12.

summis etiam viris adhæreficit. Hæc
vitia maximè abhorret Societas.
Quod attinet ad primum. Una ex
causis, cur Deus Societatem con-
didit, fuit; (a) ut inter dicas
Deo famillas, ubi pia exarserit amu-
latio, purissimus Dei cultus, & ve-
ra Sanctitas effloresceret. Quod ad
secundum: Audi externum homi-
nem, Cartesium de Societate Jesu,
hæc scribentem: (b) Novi consen-
sum, & unionem, qua inter istius
Familiax homines intercedit. Sufficit
unius testimonium; ut sperem illos
omnes mibi adstipulatus. Quod ad
tertium, nulla religiosa fami-
lia adeò odit honores, adeò stu-
det suis deprimendis: & primo ti-
rocinti die ad extrémam obitūs lun-
cem, ac Societas. Quod ad quartum,
vitia linguae seditione atrociter punit
Societas; præsertim ubi sedatio civi-
lis præsidia sibi vindicet externas.

Contra Natura & Quod

(a) *Orland. l. 1. n. 4.*

(b) *P. 2. ep. 87. Ed. Amstelod.*

a 1682. p. 28.

Quoad quintum, plures sunt Leges de eo coercendo & in stylo; & in lingua, & in animo. Quid? Initio Constitutionum jubemur esse *Cosmopolitæ*, nempe non Cives aliquius certæ Urbis, sed Orbis universi; cum dicatur: *Nostrum esse vitam agere in quavis mundi plaga; & orbem peragrare, divina Gloria duce, comite spe lucrandorum animorum.*

P E R I C U L A

Primum, ne in gravia labaris peccata calumniæ, susurrationis, odii; hinc jure Tacitus: (a) *Discordia, ait, ultimum Malum, quod vel boſſi imprecari posse:* Secundum, ne fieret Pacificus dilectas Deo, & hominibus est; ita Pacis perturbator Deo odibilis sic, & hominibus. Non est Deus seditionis, sed pacis. Tertium indicatur ab Aquaviva, extremo numero 12., estq; *dificilior*

(a) *L. I. Annal. c. 9. ad fin.*

penitentiae, & labor resurgendi.
Quartum est facilitas peccandi hac
in re; quare ibidem n. 13. moet
Aquaviva; ut sciamus quod ad peri-
culum cadendi, & aliorum dannum
actinet, periculosius nos hoc morbo
quam contra castitatem tentari. Hinc
numero tertio: Quod enim, ait, fa-
cilius peccatum aliquod ineurritur,
eò diligentior ibi custodia adhibenda
est.

R E M E D I A.

Primum est optimum (quod
ibidem indicatur n. 7.) ut fugiat,
tanquam venenum, carum colloquia,
& conversationes, cum quibus erit
rare solle; nec de rebus, ad alias
pertinentibus, maximè versa ad Gur-
bernationem, nisi valde circumspes
sit, & paratu, loquatur; etiam si
leve id, quod dicitur, sibi videatur,
nec quicquam mali suspicetur. Se-
cundum est Examen particularum.
Tertium est, quod Aquaviva nu-
mero sexto maximum sine dubio
prae-

præsidium vocat ; ut vel *Moderato-*
ri, vel *ei*, qui a confessionibus
tibi est, *culpam*, qua *hac in re*
affectus sis, *statim a lapsu aperias*,
& detesteris. *Quartum* invenies
numero quinto: *Si erga aliquem*
sentias, *se esse male affectum*, *de eo,*
rebusque illius, *ne loquatur*, *nisi ora-*
zione, *& præparatione præmissa*,
Quintum suggerit n. 10. s. *ut recor-*
demur, *susurrones in Constitutioni-*
bus *vocari*, *& tractari tanquam*
Pestem: *& hoc* ³ *pœciam* *tanti*
haberi, *ut in Reservatorum albo*
adscriptum *sit*. *Sextum*, *Suffroni-*
ne *credas*. *Septimum*, *si iudeo*
tibi *sit turbatum anima*; *ei obfir-*
itas *maxime*. *Bibane camelii*, *ob-*
servata *consecratione* *pries aqua*, *ab-*
ter pœci non gaudere. (a) *Octavum*,
evertie radicem omnium iutorum
vitorum, *Superbias*; *concludam*
enim cum Augustino (b): *Quid opus*
est

(a) *Plin. l. 8. c. 13.*

(b) *E. contra Prisc. & Orig. ad Oros. c. 1.*

*est ire per amputandos ramos
cajas radicem effodere , atque extir-
pare compendium est ? Superbia in
hoc præsertim morbo est Radix
peccatrix . (c)*



ME-

(c) i. Mack. i. II.

MEDITATIO

SECUNDA, ET ULTIMA.

DE AMANDO DEO.

PROEMIUM.

Finis venit, venit Finis; legimus cap. 7. Ezechielis. Hæc verba diversum in modum a diversis Sociis hoc loco repetuntur. Qui torpes, veluti excusso jugo, latus hæc cantat; cantat hæc moestus, velut imminentे jugo, qui fervet. At *Finis venit, venit Finis*, clamat uterque; æquè enim; uni, ac alteri *Finis venit*. Sed accedamus ad Meditationem,

Meditationem hanc vocat S. P. IGNATIUS: *Contemplationem ad Amorem spiritualem in nobis excitandum*. Quemadmodum ajebam in Proemio proximæ Meditationis matutinae, ecce tibi felicissimum (8)

Circulum Exercitiorum, non illum fabulosum, & fatalem Stoicorum, quo omnia redeant ad statum pristinum suum. Meditatio prima Exercitiorum fuit *Contemplatio ad Amorem spiritualem in nobis excitandum* consideratione jurium Ultimi Finis; ad eundem excitantum, licet aliâ viâ, & ratione instituitur Ultima. S. Thomas ^{a)} Morum, ait, *Circularem esse omnium motuum localium perfectissimum quia reflectitur ad principium seu regreditur, unde discenderat.* Hinc vides Exercitiorum Perfectiōnem ex uno hoc *Morali Orbe*, tanquam *ex ungue Leonem*, ut dicitur.

Quid? quod ex ejusdem S. Thomae sententia: ^(b) *Perfectio Hominis sita est in Amore Dei.* Cur? quia ^(c) *Caritas est vinculum Perfectionis*, scribēbat S. Paulus; nempe est veluti clavis illius concame-

(a) 3. *Contra Geul.* q. 82. n. 6^o

(b) 2. 2. q. 184. a. 1. Q. 16)

(c) *Ad Coloff.* 3. 14.

merationis, quam virtutes cæteræ, construant, una enim Caritas. Virtutes reliquæ, connexione quædam, inter se continentur. Bacco de Verulamio: (a) *Caritas*, ait, appositissimè Vinculum Perfectionis appellatur; quia *Virtutes omnes simus colligat, & revincit*, instar Clavis arcus respectu membrorum fabricæ. Similitudinem hanc expli- care juvat formulis S. Chrysostomi, licet aliò spectantibus. (b) Igitur *Architectus*, inquit, jactis funda- mentis, erectis parietibus, conca- merata testudine, ipsaque concame- ratione in unam Lapidem, in me- dio positum, conexa; si eum tollat; totam ædificii compagem solverit. S. P. IGNATIUS in prima Meditatio- ne *Fundamentum* jacuit; *Parietes* exire, in prima Hebdomada, excitante Formidinem; in qua, non
se-

(a) *De Aug. Scient. l.7.c. 3.edit.*
Francof. col. 203.

(b) *Or. 6. adversus Iudeos n. 6.*
z. 1. Maur.

secus , ac in parietibus respectu
substructionis, Firmamentum est po-
situm ; nec mirum ; quia ex Davi-
dis testimonio : (a) *Firmamentum*
est Dominus timentibus eum; ut apta-
ri huc possint , quæ idem Da-
vid alibi (b) alio consilio dicebat
Deo : *Posuisti firmamentum ejus Por-*
midinem . Secunda & tertia Heb-
domada agitatione vir tutum, exem-
pli triplicis vitæ Christi privatæ ,
Apostolicæ , & ærumnosæ , conca-
merarunt fabricæ hujus Testudinem .
Quarta denique Hebdomada , &
præsertim ultima hæc quartæ Heb-
domadæ Meditatio , ut quæ versa-
tur in excitando , & fovendo Dei
amore , quasi concamerationem
conneicit in unum divinæ Caritatis
lapidem , in medio positum , tanquam
Perfectionis vinculum . Igitur ,
stante hoc lapide , stabit ædificium;
si cum tollas , totam ædificii compa-
gem solveris . Tanti ergo facien-
da est hæc Meditatio ; ex qua mi-
si

(a) *Pſ. 24. 14.* (b) *Pſ. 88. 51.*

si divinum asportabis amorem ;
actum est de Exercitiorum substrac-
tione ; & unicè laborasti ruinæ ,
non ædificationi Domus Sapientæ .

Patronus .

IN præsenti tibi erit Patronus secundus e tribus Martyribus Japonensibus nostris ; donec Romanus Pontifex Sanctorum Virorum Fastis solemni ritu adscribat quadraginta nostros Martyres Brasilienses ; quod speramus fore propediem . Tuqe autem tibi in hac Meditatione pætocrinabitur Venerabilis ille quadraginta Sociorum fortium Manipulus , Duce Vener. P. Ignatio de Azevedo . Hos autem in Brasiliensi navigatio-
tione a Calvinianis occisos , & de-
mersos , Martyrio coronatos fuisse,
constat Pontificio Decreto , edito
die 21. Septembris anni 1742. ad
decus insigne (ut ibidem dicitur)
Societatis Jesu , de Sede Apostolica ,
& Fide Catholica optimè meritæ ,
ut pote quam , fusō largiter non su-
dore .

dore modò , verum etiam , ubi opus est , sanguine , fortiter tuetur . Nobis igitur auctor est Pontifex O. M. , ut hoc nostro sancto Manipulo gloriemur . In patronos autem designamus hos generosos Martyres Contemplationis de Amando Deo , quia majorem hac dilectionem nemo habet , ut animam suam ponat quis pro amicis suis . (a) Hoc verò in eis beatum incendium potissimum in Solitudine Exercitiorum excitatum est ; in qua , antequam in Brasiliam Ulyssippone solverent , accurate eos omnes , sibi subjectos , præparavit strenuus Moderator , Azevedius , ut legere est apud Sacchinum p. 3. l. 6. n. 210.



PAR-

(a) Joann. 15.13. v. 18. (4)

PARTITIO.

I.

*Deus**Amator mei.*

II.

*Deus**Amabilis mibi.*

III.

*Deus**Amari a me cupidas.*

FRUCTUS CAPIENDUS.

Triplex imitatio *Ignis*, qui Amorem figurat. Igitur in primis ardeam ipse hoc igne. Deinde incendam alios eodem hoc igne, ut qui Filius IGNATII sum; cui illud Christi effatum aptat Ecclesia: *Ignem vesi mittere in terram, & quid volo, nisi ut descendatur?* Denique, quemadmodum *Ignis* nunquam dicit: *Sufficit;* (a) ita nunquam contentus ero vel ardere, vel

(a) Prov. 30. 16.

vel incendere : Nam in primis
Fervor attribuitur Amori ; (a)
Deinde Zelus est effectus Amoris ;
(b) Denique divine dilectionis nou-
est aliquis modus babendus. (c)

HYPOTYPOSIS.

Hujus loco erit visum Danielis , his narratum verbis: (d)
Aspiciebam , donec throni positi sunt ,
& Antiquus dierum sedis , uestimentum
eius candidum , quasi nix , &
capilli capitis eius , quasi lana mu-
da : Thronus eius flammæ ignis : ro-
sa eius ignis accensus . Fluvius igneus ,
rapidusque egrediebatur a facie eius .
millia milium ministrabant ei , &
dacies millies centena millia assistebant
ei .

Pg-

(a) S. Th. I. 2. q. 37. a. 2. C.

(b) Ib. q. 28. a. 4. Q.

(c) Id. 2. 2. q. 27. a. 6. Q.

(d) Daniel. 7. 9. 10.

Etiam si nullus est deus, non potest esse.

PETITIO.

NOvum ergo superadde muneri-
bus tuis munus Amoris; ut de
munere tuo tibi persolvam debitum
meum. Petitionem hanc nobis exhi-
bet S. Thomas Villanovanus in
Concione de Maria Magdalena. Ut
autem ea ferventiorem in nobis
excitet amorem, juvat subdere,
quæ Ipse proximè subdit: **Mira-**
res! Ipsa solutio nova obligatio est
debitum contrabo, dum redbo. One-
ras me, dum exoneras, Deus; &
dum de tuo dono tibi rependo Amo-
rem, quem debo, ipso dilectionis me-
amplius fieri debitorem inspicio.

L E C T I O .

KEmpis lib. 3. cap. 22., &c. 21.
lib. 2. cap. 8. Primum Caput
respondet primæ partī Meditatio-
nis; Secundum secundæ; Tercium
tertiæ. Ut Lectio Exercitorum re-
pondeat Industriæ, lege Regulas de
scr̄ptor

Scrupulis, quæ extant extremo Libro. Hæ regulæ (ut advertit Suarez, (a)) exhibent *spissima remedia* Scrupulis de tempore, vel præsenti, vel futuro. Quod spectat ad tempus præteritum, Idem docet, remedia petenda esse a Regulis de *Examine conscientiæ*, & *Confessione generali*; & ex Gersonis sententia, (b) vult; ut nihil de præterito cogites, nisi generatim recolendo peccata, quò novâ semper pœnitentiâ ea amplius laves. Autòr etiam est; ut omnem de præteritis Confessiōnibus pellas anxietatem, in primis animi demissione; deinde spe in Deum; denique commemoratione præcepti, olim tibi injuncti a Moderatore animi tui; ut nempe eas Confessiones non repetas ob ejusmodi anxietatem. Lege etiam capue ultimum Directorii, & proximas duas nostras *Appendiculas*, ubi &

Pars II. O crā-

(a) *T. 4. de Relig. sr. 10. f. 9.
C. 7. n. 3.*

(b) *In Alphab. 72. lit. K.*

Hinc si tuum munus.

P E T I T I O .

NOvum ergo superadde muneri-
bus tuis munus Amoris; ut de
munere tuo tibi persolvam debitum
meum. Petitionem hanc nobis exhi-
bet S. Thomas Villanovanus in
Concionē de *Maria Magdalena*. Ut
autem ea ferventiorem in nobis
excicet amorem, juvat subdere,
qua Ipse proximè subdit: *Mira-*
res! ipsa solutio nova obligatio est
debitum contrabo, dum reddo. One-
ras me, dum exoneras, Deus; &
dum de tuo dono tibi rependo Amor-
em, quem debo, ipso dilectionis me-
amplius fieri debisorem inspicio.

L E C T I O .

K Empis lib. 3. cap. 22., &c. 21.
lib. 2. cap. 8. Primum Caput
respondet primæ partī Meditatio-
nis; Secundum secundæ; Tercium
tertiæ. Ut Lectio Exercitiorum re-
pondeat Industriæ, lege Regulas de

Scrupulis, quæ extant extremo Libro. Hæ regulæ (ut advertit Suarez, (a)) exhibent *optissima remedia* Scrupulis de tempore, vel præsenti, vel futuro. Quod spectat ad tempus præteritum, Idem docet, remedia petenda esse a Regulis de *Examine conscientiae, & Confessione generali*; & ex Gersonis sententia, (b) vult; ut nihil de præterito cogites, nisi generatim recolendo peccata, quò novâ semper pœnitentiâ ea amplius laves. Auctor etiam est; ut omnem de præteritis Confessionibus pellas anxietatem, in primis animi demissione; deinde spe in Deum; denique commemoratione præcepti, olim tibi injuncti a Moderatori animi tui; ut nempe eas Confessiones non repetas ob ejusmodi anxietatem. Lege etiam capue ultimum Directorii, & proximas duas nostras *Appendiculas*, ubi &

Pars II.

O

crâ-

(a) *T. 4. de Relig. sr. 10. f. 9.
q. 7. n. 3.*

(b) *In Alphab. 72. lit. K.*

craftinæ Meditationis materiem invenies, & quæ spectant ad auspicandam novam vitam, exactis Exercitijs.

P A R S L

*Deus
Amator mei.*

Recensenda hoc loco essent Dei in nos Beneficia; sed & operorum id est, quia pene innumera sunt; & fortasse non necessarium, quia ea frequenter recolimus. P. Michaël del Reyno, vir magnæ patientiæ, & constantiæ album divinorum beneficiorum summationi sibi conscripsérat, quod secum semper ferebat penſile ex ea parte, qua salit cor; tanquam perpetuum ad ea usquæ meditanda Monitorem (a). Igitur aliam inibо viam & faciliorem, & minus ce-
ler.

(a) *Thesaur. l. 24. n. 64.*

lebrem, sed utilissimum ad Dei in nos munificentiam, & amorem acu, ut ajunt, tangendum. Triplicem in Divinis Beneficiis considero benefaciendi rationem: primam ponio in *Prælatione*, alteram in *Dissimulazione*, tertiam in *Opportunitate*. His tribus de causis Divina Beneficia grandescunt incredibiliter.

Exordiar a *Prælatione*. Antea omnia advertendum hic est, beneficia ipsa per se non inanimi ex eo, quod multis conferantur; si modò ita singulis conferuntur, ut nihil multitudo Beneficiariorum recesset de Beneficentia ipsa. Ea re de Beneficio Redemptionis (quod omnibus ad unum commune est) differens Paulus, scribit: (a) *In fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semessipsum pro me*. Tamen præter omnem dubitationem est positum, invadescere Amorem in Beneficio, si ad paucos id per-

O 2 . . . ti-

(a) *Ad Gal. 2. 20.*

tineat, qui propterea præferuntur multis, ejus beneficii expertibus. Cùm id consideraret David, iactimo quodam grati animi sensu Psalmum 147. conclusit hac quasi exclamatione: *Non fecit taliter omni nationi; & judicia sua non manifestavit eis.* Alleluja. Quando igitur consideramus, quòd simus, quòd tot bonis prædicti simus, sive externis, sive corporis, sive animi, aut intra, aut extra naturæ lineas; utamur hoc intercalari versiculo: *Non fecit taliter omni nationi . . . Alleluja;* sed prætulit me infinitis, qui vel nunquam erunt, vel eis carent bonis, quibus equidem abundo.

Hæc etiam meditabatur olim Pharisæus in Templo, ut legimus cap. 18. Lucæ; sed in perniciem; ex hac enim meditatione præter jus omne, atque fas superbiam fovebat, non gratum animum. E contrario nos, ubi eam *Prælationem* consideraverimus, dicamus cùm

S. Gre-

S. Grégorio : (a) *Cum augentur dona , rationes etiam crescunt donorum ; & cum eodem hiac colligamus , quæ consequuntur : Tantò ergo esse bimilior , atque ad servendum Deo promptior quisque debet ex munere , quantò se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione ; præsertim si obligatio ex eo nascatur , quod alii , peccantes peccata pauciora , & minora , quam , quæ ego peccaverim , perierint jam ; mihi autem & plura , & majora peccata , benigna ac liberali venia , condonata sint.*

Hac de causa Magdalena *dilexit multum* , & magis dilexit Christum , quam sexcenti alii , qui bus & pauciora , & minora remisit Christus : immo longè plus debitoribus aliis dilexit ; quia ipsi plus donatum est . Ex debitoribus enim non habentibus , unde reddant , ille plus diligit , (si sapit) Credi-

O 3

to-

(a) L. 1. initio Hom. 9. in
Evang. 1. Op. Edit. Maur.

torem, cui hic plus donavit non
 modò ex sententia Simonis Phari-
 sei; sed & Christi Domini, ajetis
 Simonii: *Rectè iudicasti.* Enimvero
 Deus postulat gratum animum,
 quoties pluvia unam reueat Civi-
 tam, & alteram relinquit aridam;
 id enim postulat tam liberalis *Præ-
 latio*. Quare hæc extant apud
 Amos 4. 7. 8: *Ego quoque prohibui
 a vobis imbreem & plui super
 unam Civitatem, & super alteram
 Civitatem non plui: pars una cons-
 pulta est; & pars, super quam non
 plui, aruit & non redistis ad
 me, dicit Dominus: quanto igitur
 posteriori jure cælestium gratiarum
 fluenter, nobis concessa, non aliis,
 expriment gratum a nobis animum?
 Nos, non tot alii, hereditas Dei,
 sumus, cui Deus pluviam volan-
 tariam segregavit; licet terra
 nostra malignior illâ fuerit, quæ,
 negatâ pluviâ, ex toto, & perpetuò
 aruit.*

Hac in re præcipua dignum
 est animadversione, quod ejusdem
 cri-

erimini socii , & participes diversum a Deo excipiuntur in modum ; alter perit , alter sanctus evadit , & salvis . Hoc discutit egregie P. de Ponte , differens de divinis Iudiciis , (a) & indicatum videtur a Christo Domino ajente : (b) Dico vobis : in illa nocte erunt duo in lecto uno : unus assumetur , & alter relinquetur : Duo erunt molestes in unam : una assumetur , & altera relinquitur : duo in agro , unus assumetur , & alter relinquitur . O admirabilis Praelatio ! Hanc quoties meditabatur Paulus exclamabat : (c) O altitudo divitiarum Sapientiae , & Scientiae Dei : quoniam incomprehensibilitas fuit iudicia ejus , & investigabiles viae ejus ! Hanc incomprehensibilis , & investigabilem Praelectionem , non tam considerans , quam admirans , Augustinus haec colligit : (d) Igitur non volentis , neque currens ,

O 4

sed

(a) Trac. de Voce div. c. 14. §. 2.

(b) Lyc. 17. 34. 35. (c) Rom. 11. 33.

(d) L. 1. Q. ad Simpl. q. 2.

sed misericordia est Dei. Gratia fit ergo nobis gratuita misericordia, etiam si hac profunda insoluta sit Quæstio.

Precioſa etiam facit beneficia *Dissimulatio*; cuma quis ita largitur, quasi non largiatur. Sic Christus Dominus, largitus magna beneficia illis Discipulis, Spe, & Fidei infirmis, fingebat, se longius ire. Nimis inter Stellas divinorum beneficiorum major pars est *perpetua Occultationis*; & solū nobis parebit, ubi in aliad Hemisphæriū navigabimus, in Cælum nempe.

Et (quod majori admiratio-
ne dignum est) suorum donorum quamplura Deus ita dissimulanter confert, & tacita manu; ut a no-
bis habeantur, etiam loco infortu-
niorum; ejusmodi sunt bella, pau-
pertas, morbi, Cardoram fatum,
calumniæ, &c; unde fit, ut non me-
dò Dei amori non agamus gratias,
sed in Divinam Providentiam eru-
temus calumnias, nēdum querelas;
cum tamen hac omnia ordiendæ

nostræ telæ Prædestinationis inser-
viant. Quadrat huc, quod scribebat
Seneca ad Lucilium ep. 110.: Quo-
ties enim felicitatis causa, & initium
fuit, quod calamitas vocabatur?

His etiam de causis ipsa bo-
norum negatio donum est, ut, &
grati esse debeamus non solum ob
ea dona, quibus fruimur, sed for-
tasse magis ob ea, quibus care-
mus. Propterea ajebat Deo Kem-
pensis: (a) *Tu sis, quid unicuique
donari expediat: & cur iste minas,
& ille amplius babeat, non no-
stram, sed tuum est, hoc differne-
re, apud quem singulariter definita
sunt merita. Unde, Domine Deus,
pro magno etiam repto beneficio,
non multa habere, unde exteris, &
secundum Homines laus, & gloria
apparet; ita, ut considerata quis pa-
upertate, & vilitate Personæ sua, non
modò gravitatem, aut tristitiam,*

O 5 det

(a) Lib. 3. de Imit. cap. 22. n.
3., & 4.

vel dejectionem inde concipiat; sed possit consolationem magnam.

Atque, ut videoas quò progressiatur divina hæc in beneficioando *Dissimulatio*, innuam aliud dissimulationis genus, planè novum, & admirabile, indicatum a Scriptore Sapientiæ, qui hæc ajebat Deo, hominum amatori: (a) *Dissimulas peccata hominum, propter pœnitentiam; diligis enim omnia, quæ sunt.* Hac autem Dissimulatione ita Bonum, & Beneficium se Deus erga nos præstat; ut ex ipsis peccatis nostris faciat bona, & dona sua; inde enim eruiimus, ope pœnitentiarum, confusione, modestiam, sanctitatem etiam adeò, ut arcano quodam modo felix etiam culpas dici possit. *Hoc etiam, ait S. Thomas,* (b) *quod aliqui puniuntur a Deo, dum permittit eos in aliquo peccata profluere, ad bonum virtutis ordinatur; id quod ibi ostendit.* *O singularis Dissimulatio!* Re-

(a) G. I. 24. 25.

(b) I. 2. q. 87. a. 2. ad 1.

Restat *Opportunitas*. Flos Beneficentiae est benefacere in loco, ubi necessitas urget, ubi imminet periculum, ubi ad incitas redacti sumus. Deus autem est *Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione*, (a). Immo verò addere cum Kempis consentaneum est *Adjutori nostro in opportunitatibus*: (b): *In nullo possum plenè confidere, qui in necessitatibus auxiliatur opportunius, nisi in te solo Deo meo; cum respectu corporis, cum respectu animi (ut quisque secum reputare potest) sexcentis auxiliis, vel exterioribus, vel interioribus.* Evidem sicut in sola Gratia congrua, & opportuna. De hac enim scribit Suarez: (c) *Vecatio congrua semper est major Gratia in ratione beneficii gratuissi; non tamem semper*

O 6

est,

(a) *Pf.* 9. 9.

(b) *Lib.* 3. *cap.* 59. *n.* 12.

(c) *Lib.* 1. *de Gratia c.* 14. *extremo n.* 6.

est maius auxilium; quia non semper datur maiores vires; sed interdum solū excedit; quia in meliore opportunitate datur. Id ipsum non paucis probat S. Augustinus. (a) Hæc autem mitto, contentus alium indicare Augustini locum, ubi Gratiam hanc congruam, & opportunam diligentius enucleat. Igitur Augustinus Deum inducit, sic toquenter cum eo, qui pauca peccavit, ut id referat acceptum solis oportunis Dei auxiliis: (b) *Hoc tibi dicit Deus tuus: Regebam te mihi, servabam te mihi. Ut adulterium non committeres, sua for defuit: ut sua for deesset, ego feci. Locus, & tempus defuit, & ut bac deessent, ego feci. Adfuit sua for, non defuit locus, non defuit tempus; ut non consentires, ego terrui. Agnosce ergo gratiam ejus, cui debes, & quod non admisisti ... Nullum est enim*

(a) In lib. QQ ad Simplic. q. 2.

(b) Hom. 23. ex 50., apud Maur. 29. c. 6. n. 6.

enim peccatum , quod facit homo ,
 quod non possit facere & alter homo ,
 si desit Rector , a quo factus est ho-
 mo . O salutaris Opportunias !

O incredibilis ergo Dei in me
 Amor , a quo profecta est tam admi-
 rabilis Praelatio , tam singularis Dif-
 fusalio , tam salutaris Opportuni-
 tas ! His amandi modis cum tamen
 contentus Deus non sit , & nobis
 ait , quod olim amanter David :
 (a) *Et si parva sunt ista , adjiciam
 tibi multa majora . Prok Amator
 mei ineffabilis !*



PARS

(e) 2. Reg. 12. 8.

P A R S II.

*Deus
amabilis mibi.*

Amabilis nobis esse solet, qui Pulcher est, qui Bonus est, qui Magnus est; cum ergo Deus Pulchritudo illa sit exquisissima, & unica, præ qua, quæ pulcherrima dicimus, sordeat maxime, cum non optimus modò sit, sed Bonum ipsum, Bonorumque omnium Fons; cum ita Magnus sit, ut respectu ejus omnia loco nihili sint; quam Amabilis nobis Deus sit, oportet? Sed partite hæc consideremus.

Pulchritudo, ait Plato, (a) est quidam r̄e splendor, visu percipitus, allicit animum ad se; eam enim sartem nostra est; ut sit amabilis. Jam verò Dei pulchritudo ubi visu percipitur; *Facies illa plena*

(a) *Dial. de Pulchro:*

na gratiarum (a) ità ad se intuentium
allicit animos ; ut necessariò eam
ament ; ut perpetuò videant immo-
bili obtutu , semper jucundo , sem-
per novo ; unde sit , ut Cœlitum
oculi in Dei vultu habitent in-
omne in æternitatem . Quanta ergo
erit Pulcherrimi Dei amabilitas ?
Omnibus partibus infinita ; atque
adè & in amabilitate major est
Deus corde nostro. (b) Commenda-
turus Cassiodorus Trajani Forum,
scripsit : (c) *Vel sub assiduitate vi-
dere miraculum est.* Nempe mira-
culum est , & libenter , & jucun-
dè spectari posse Forum Trajani , li-
cet assidue spectetur ; seu miracu-
lum est , rem eandem assidue specta-
re , quia ea visio molesta ; imino ve-
rò semper jucunda sit . At quod-
nam erit in cælo miraculum , vi-
dere sub æternitate Deum ; & ità
videre ; ut nova semper ejus facies

vi-

(a) *Ester* 15. 17.(b) *I. Joann.* 3. 20.(c) *L. 7. Variarum , formulâ 6.*

videatur? Verum (ut loquamur ad rigorem) miraculum nullum est; videre semper pulchritudinem infinitam libenter, & jucundè sine molestia, sine fastidio: miraculum effet, si res secus contingere; sed ea nulla ratione potest contingere. Propterea, quem vident Cælites, semper videre desiderant; & necessariò desiderant.

Comparatione hac, minima saltem ex parte, liceat id mente concipere. Conjice oculos in amœnos hortos, in apertum mare, in cælum ipsum vel stellis distinctum, vel Solis jubare radians; & dicas: *At longè pulchrior Deus!* Finge tibi vultus ex flore pulchritudinum concretos, & dicas: *At longè pulchrior Deus!* De pulchritudine MARIÆ, de JESU venustate in terris quid dicam? Mira de utroq; narrantur; ut, qui obiter illorum vultus aperierit, eos tandem cæperit quotidianarum formarum; & dicas: *At longè pulchrior Deus!* Congere in unum quidquid pulchri exhibet cælum in

Ho-

Hominibus, in Angelis, in MARIA, in JESU ipso; & dicas: *At longè pulchrior Deus!* Si ergo amor ex Stoicorum placitis, (a) est *Conatus Amicitiae*, facienda ex Pulchritudinibus specie; cum infinita hæc in Deo insit, quodnam amoris incendium ex eo obtutu nascatur, necesse est? Quinam conatus amicitiae facienda inde erumpat, oportet?

Attamen non modò Deus est Pulchritudo infinita, sed etiam summum Bonum; omnia enim complectitur Bona, & infinitum ea in modum complectitur; igitur *Cumulus est omnium bonorum aggregazione perfectus*. Quid queris? Deus ipse sic se Moysi definivit: (b) *Omnne Bonum*. Et, ut docet S. Thomas: (c) *Nihil est, vel appareat Bonum, nisi secundum quod participat similitudinem summi Boni*. Percurre men-

te.

(a) *Apud Cic. extremo q. Tusci*

(b) *Ex. 34. 19.*

(c) *I. P. q. 105. a. 5. G.*

te , quidquid est Bonum ; numeros omnes perfectionum investigat modos omnes possidendi bona , considera ; ea omnia in eo invenies , sed cumulatissime , sed infinitè . Bonos , quia boni sunt , vel Mali vel Pessimi amant ; Bonitas enim splendor est , qui si minus visu , animo perceptus , allicit animum ad se ; eam enim sortem naetis est ; ut sit amabilis . Quid ? & quæcuaque amantur , non alia de causa amantur , nisi quia Bonitatis speciem praeferebunt ; quanto ergo extuare debemus amore in Bonum infinitum , in Bonitatem ipsam , in Fontem Bonorum omnium , Deum ?

De *Magnitudine* quid dicam ? Afficimur sane non parum in Homines , terros licet , licet males , quia *Magni* sunt vel *Sapientia* , vel *Potentia* , vel *Militari Arte* , vel alia de causa . Verum hi omnes *Magni coram hominibus* : *ciram* Deo sic sunt , quasi non sint . Extrinsecum excipias , non Platonem magnum , non Salomonem magnum ,

non Cæsarem magnum . Eam vero unus Deus Magnus est omnibus partibus ; neque solum Ipse per se *Magnus* , sed *Magnum non esse ejus* . Tanta hæc Magoitudo Amabilem redderet Deum nobis amore infinito ; si infinito possemus ardere amore . Qui igitur peccant ex eo peccant , quod Dei Magoitudinem non noscunt , idest non considerant . Hinc exclamabat S. IGNATIUS Deo : *Si te homines nosserint , nunquam offendereant !* Et S. Chrysostomus hominibus , impiis ditis Deum impotentibus : *Ab nescitis , ajebat , quid sit Deus !*

Triplici superiori considerationi magna fiet accessio , si animadvertas , Dei *Pulchritudinem* , *Bonitatem* , *Magnitudinem* , amabilissimum nobis exhibere Deum non modò ipsum per se , sed intervegetu etiam divini Consilii , quod quasi eas nostras proprias fecerit . *Pulchritudo* Dei nostra est , quia nobis spectanda in Cælo quasi preparatur , ubi *videbimus eum facie*

ad

*ad faciem , sicuti est in Cælo ; qui
solummodo ibi magnificus est Do-
minus noster (a) . Dominus regna-
vit ; decorum induitus est (b) . Pro-
pterea Isaias de eo , qui salvus erit
hæc vaticinatur : (c) Regens in de-
core suo videbunt oculi ejus ; Ut au-
tem decor hic tantus videatur ;
præsto est lumen , quod instar al-
terius vestis erit . Hac de causa
David ajebat Deo , vultum suum
Superis videndum representanti :
(d) Deus meus magnificatus es ve-
hementer ; .. decorum induisti : am-
itus lumine , sicut uestimento .*

*Bonitas Dei nostra est in Eu-
charistia , in qua divitias Bonita-
tis suæ veluti effuditisse Deum , Fides
divina certum est ; ea autem in
his divinis epulis sit propria unius-
cujusque , eam participantis . Hac
autem largitate , ac pene dixerim
pro-*

(a) *Isai. 33. 21.*

(b) *Pſ. 92. 1.*

(c) *Isai. 33. 17.*

(d) *Pſ. 103. 1. 2.*

predicatōrē , id exequitur Chri-
tus , quod ipse præceperat Priaci-
pi Pharisæorum : (a) Cūm facis
brandium , aut cœnam , noli vocare
amicos tuos , neque fratres tuos , ne-
que cognatos , neque vicinos divites:
ne forte te & ipsi reinvitent , & fiat
ibi retributio . Christus enim hoc
convivium iis exhibuit , qui non ha-
bent de suo , nisi mendacium , & pecca-
tum ; hinc nulla futura est retributio .

Magnitudo & ipsa nostra est ;
quia Deus Magnus , propter nos
Homines , & propter nostram salu-
tem descendit de Cælis ; exinanivit
semet ipsum , factus obediens usque
ad mortem , mortem autem Crucis ;
propterea non modò quasi unus ex
nobis factus est ; sed & opprobrium
hominum , & abjectio plebis . Si fa-
ciles habeas aditus ad Regem ma-
gnum , magnum est ; si te invisaes
majus ; si tui causâ vilescat , ma-
ximum . Nonne igitur jure possu-
mus , triumphantes gaudio , profi-
teri ,

(a) Luc. 14. 12.

334.
teri, Deum devovisse nobis. Ma-
gitudinem suam ipsius?

Vide ergo, quibus nominibus
Deus Amabilis nobis sit! Pulcher-
rimus, Optimus, Maximus præter
omnes lineas, ac fines ipse per se
est; & Pulcherrimus nobis factus
est, Optimus nobis, nobis Maximus.
Dicam cum Gulielmo Pa-
risiensi ad rem: *Tot undique conge-
flis carbonibus, (isti modi sunt
spectata jam Dei Bona) diabolico
miraculo non ardemus amore in-
amabilissimum nobis Deum.*

P A R S III.

*Deus
amari a me cupidus.*

Admirabitur quis fortasse Ma-
gnum illum Regem Asturum
ad eò oblectatum fuisse horro, &
nemore regio, qui occupabatur
imperio ab India usque ad *Aebio-*
piam super centum viginti septem
Provincias: Absterget autem
omnem

stranem admirationem, quod legitur.
 cap. i. Esther: hortum illum & nemus regio cultu, & manu constitum
 fuisse. Et Deus delectatur maximè
 humano corde, qui ceteroquin
 omnia, quæ in Cælo sunt, regit,
 & quæ in terra. *Delicia meæ, ait,*
(a) esse cum filiis hominum. Id ad-
 miratur Jobus 7. 17: *Quid est ho-
 mo, quia magnificas eum? ans quid*
apponis erga eum cor tuum? Verum
 admirationi locus non est, si ad-
 vertatur, Hominem hortum esse, &
 nemus divino cultu, & manu con-
 sum. Adde, (quod potissimum est)
 divino non sudore solùm, sed sanguine
 etiam irrigatum. Id, quod ad-
 miratione dignum puto, est, quod,
 cùm videret sterilescere hunc hor-
 tum, atque nemus; tamen de eo
 instaurando vehementer fuit solli-
 citus; quasi felicitatem ipse suam
 extra hunc hortum, & nemus ha-
 bere non posset, qui ab omni ce-
 teroquin æternitate ad beatè vi-
 ven-

(a) *Prov. 8. 38.*

vendum se ipso contentus' necessaria, & perfecte fait. Enim vero non solum cor petit ab homine sollicitus, non modo, recusantis illud dare stat ad ostium, sed pulsat sollicitus; etiam semel, iterum, ac tertio vet a suis sciscitatur, an ab eis ametur? quasi de ea re una laboret; id unum spectet. Adeo cupidus est a me amari Deus!

At vere amatur? Hoc ad examen in praesenti vocandum est, ut fructuosius absolvatur acceptabile Exercitiorum tempus. Trinam eam petitionem Christi: *Amas me?* quam Christus ostendit Petro, quanto desiderio arderet, ut ab eo amaretur; sic Interpretor: *Amas me solum?* *amas me semper?* *amas me multum?* Si haec a Christo peteret Homo, quod olim S. Brigitta, responderet: *Si adhuc possibile esset, quod ego toutes morerer, quae sunt animae in inferno;* ita quod pro qualibet eorum talem mortem iterum sustinensem, qualcum cunc pro omnibus sufficiui, adhuc corpus meum paratum esset.

effet subire hæc omnia cum liberti
voluntate, & perfectissima caritate.
Deinde adderet: *In Caritate per-*
petua dilexi te. (a) Quasi dice-
ret: te diligam ab omni æternitate,
in omnem æternitatem, si meo non
adverseris amori. Non autem mul-
tum dilexit, ait S. Paulus, sed ni-
mum, quasi magis, quam par erat:
Deus autem, qui dives est in misé-
ricordia, propter simiam caritatem
suam, qua dilexit nos; (b) & qua, veluti
oblitus est majestatis, ut utar for-
mulâ Vatis illius (c): *Multa tulit,*
tanto non patienda Deo. Quid igit-
tur magnum a nobis postular Deus,
si amari cupit solus, semper, mul-
tum? Petenti sic olim respondit ter-
audacter Petrus: *Tu scis, quia amo*
te: & assimili modo cùm simili in-
terrogationi respondisset quædam,
Puella sanctissima, ækta amoris, vix
eo suavissimo prolato responso,

Pars II. . . P ad . . .

(a) *Jer. 31. 3.*

(b) *Ad Eph. 2. 4.*

(c) *Ovid. I. Faſt.*

ad tertiam interrogacionem, victima caritatis concidit ante dilectum suum, Iesum (a) Evidem respondere coactus sum: *Domine, tu scis, quia se non amo, neque solum, neque semper, neque multum.* Vos autem, dulcissimi Socii, aliter respondebitis.

Deus ergo petit: *Amas me solum?* Deus, qui tolerat Dagonem in templo solum, eum consecrit, ubi videt unam cum Arca. Ubi Arca est; Dagon non sit. Quid? Ne societatem quidem inter se Idola patiebantur. Volenti Marcello Aram dicare Syracusis Honori, & Virtuti, Numinibus certe roquin amicissimis, respondent Pontifices: *Una cella duobas Diis non repletè dicitur.* Et dicabitur Deo, & Idolo? *Unusquisque enim quod cupit, & veneratur, hoc illi Deus est,* (b) teste S. Hieronymo. Quare me-

(a) *Patrign. 4. Coron. d'Esemp. Cor. 2. Esemp. 3-ex M. Spec. Ex.*

(b) *Brev. in psalt. in pf. 80. in v. 9.*

merito Iudus, non Christianus, Christiano avaro, iugis usuris dedito, marsupium, argento extorto plenum, projicit, dicens: *Ecce Deus tuus, Christiane.* Denique huc facit effatum S. Hieronymi: (a) *Perfectus autem servas Christi nihil praeter Christum habet.*

Sed satis non est amare Deum solum, nisi solum ames semper. *Amas me semper?* Sapiens: (b) *Omnis tempore, ait, diligit, qui amicus est.* Insipiens autem in duas partes clandicat, seu modò inclinat se in dexteram, modò in sinistram.

Verumtamen contenti esse non debemus amore perpetuo Dei solius, nisi & estuet hic amor, & magnus sit. Ideo petit tertio Christus: *Amas me multum?* Multum amabat S. Aloysius, quem testatur S. M. Magdalena de Pazzis: *sagittas, dum piveret, vibrasse in cor Verbi.* Multum amabat ipsa

(a) Cl. 1. ep. 5. ad Hebreos. apud Maur. p. 2. l. 4. (b) Prov. 17. 17.

Sanctissima hæc Virgo ; quæ inter
alia suo Sponso dicitabat : *Amor,*
se amplius ferre non possum : unde
factum est , ut Christus ei respon-
deret : *Sicut creatura non potest vi-*
vere sine corde ; sic & ego absq[ue]
te esse nequeo : sic respondet Chri-
stus eum amanti solum , *semper ,*
multum ; qui & amator est maxi-
mus , & amabilis nimis .

E X E M P L U M .

Nulla est, aut esse potest clarior,
atque testior Nota maxi-
mi in aliquem amoris , quam sit
Mors , quam ejus amore alacer sub-
cas . Audi Christum ipsum a jacentem:
(a) *Majorem hac dilectionem nemo*
babet , ut animam suam porat quis
pro amicis suis . Rationem rei hu-
jus exhibet S. Thomas : (b) Quia
cantò magis ostenditur aliquis alio
quam rem amare , quando pro ea
rem

(a) Joann. 15. 13.

(b) 2. 2. q. 124. q. 3. C.

em magis amatam contemnit, & em magis odiosam eligit. Manifestum est autem, quod inter omnia alia bona praesentis vita maximè amat Homo ipsam vitam, & e contrario maximè odit ipsam mortem. Sic scribebat S. Hieronymus (a): *Hæc est sola digna retributio, cùm sanguis sanguine compensatur, & redempti cruci Christi pro Redemptore libenter occubimus.*

Sed nusquam, & nunquam magis emicuit *Nota hæc, hæc Retributio*, quam in Japonia A. 1613., cùm Rex Arimæ pœnâ Rogi damnavit quinta die Octobris tres Dynastas, Adrianum Tacafascium cum Joanna uxore, filio Jacobo, undecim annos nato, filiaque Magdalena, Virgine Deo devota; & Leonem Fajascidam cum uxore Martha; & Leonem Caniemenum; cuius uxor Monica, nomine, precibus Regis Patrui sui, servata est

(a) Ep. 18. ad Eustoch. cl. 2. col. 48. p. 2. t. 4. edit. Maur. Paris.

incolumis , sed invita . Unicè ex eo damnabantur, quòd Christum colerent , quòd amarent palam . Tunc primùm invectum est illud mortis genus, eò acerbius, quòd letatiori incendio ad rogum munienda via erat . Ex uno Arimensi Regno ad ejusmodi sententiaz Famam virginis millia Christianorum accesse-re, positis armis contra Japonum instituta . Omnibus Martyrii spes & vocum . Ea cura una sollicitos habebat ; nulla de cibo & annona : nimis ad promptam , & certam venire se mortem arbitrabantur . Mænibus exclusi , triduo ante urbem constitere . Provisum ab Arimensibus Christianis , ne quid de- esset multitudini tantæ . Tyrannus sibi a multitudine timens , inde jubar facessere ; secus in ipso ve- stigio contrucidandos omnes ad unum . Lætum clamorem omnes su- stulerunt , & inter se coarctati , ne quod irritum in confertos telum- caderet : felicem horam , quæ caelo mactatos inferret , opperiebantur .

la.

nterim Jesuitia omnem a Tyranno abstergent timorem, dicitantes: Christianos non ad pugnam , sed ad mortem advolasse .

Aderant Non^a Octobres . Renunciatur vincis , hunc ipsis supremum diem fore . Qui narremus , quanto gaudio tunc triumpharint? Extremis mysteriis per Nostros muniantur ; qui Martyribus tamen adesse vetantur . Ea re Sodalitiorum Praefectis rei totius administrandæ provinciam Patres demandant . Erant hæc Sodalitia palestræ ad Martyrium Viris , & Adolescentibus : hinc Sodalitia Martirum dicebantur . Ingens Planities a Rege designatur . In ea deproperatur e ligno ædificium , cuius fastigium , columnis totidem ligneis fultum , quot erant Martyres concréandi , stramine , arundinibusque tegebatur . Ingens , & vacua in orbem undique area , dupli , & denso stipitum ordine præcincta , spectantes submovebat . Inter septum hoc , & ligneum ædificium arida

ignorum congeries jacebat, pari-
bus intervallis disposita, cui pau-
latim ignis admotus ad Martyres
serperet, eosque demum cum lignea
domuncula involveret. Interim
provinciales Christiani, permixti ci-
vibus, redimitis floreâ corollâ, ge-
stantibusq; manu facem, proceden-
tes seni, instar exercitûs, operam da-
bant precibus. Haud facile alias
visam inter Christianos, post Eccle-
siam Dei conditam, illustriorem
pompam crediderim, aut insignio-
rem triumphum. Hunc, exercitum
Martyrum (Martyres fecerat Mar-
tyrii desiderium) jure diceres.
In medio triumphales Victimæ,
omnes vincitæ: Viri candidati: Ma-
tronæ exquisitis cultæ vestimentis:
Puer, quibus carebat, anxiè po-
nulabat identidem funes.

Ubi ad locum certaminis ven-
tum est: Herorum quisque latus ad
columnam cucurrit suam, ad quam
colligandus erat, arctè illam com-
plexus, ac suaviter deosculans. Ca-
ni-

nīemonus tamen antē ex ædificiū
 & culmine ad concionem verba fecit,
digna se, digna Christo, divinum
īgnem afflantia. Pōst Sodalitii ma-
 joris Dux ex Patrum imperio Ve-
 xillum ingens e serico panno extu-
 lit, in quo Christi ad columnam
constricti effigies picta cernebatur,
& vocem intendens: *En*, inquit;
Fratres, **Servator** uester ad colu-
 mnā quoque alligatus, pro quo esis
 morituri. Spectato vulnera; sed &
 coronas. Amor amorem postulas,
 mors mortem, fortitudo fortitudinem.
 Cūm ignis admovetar, concidit
 in genua Christianorum exerci-
 cas.

Quis narret reliqua? Horum
 preces, lacrymas, voces? quis Pu-
 gilum gesta fortia, generosa effata?
Jacobus puer, igne solatis funibus,
 ambusto corpusculo, eucurrit ad
 Matrem; cuius suafu, Jelum & Ma-
 riam tertio repetens, animulam in-
 siu matris depositus, quæ mox sa-
 per filiolum corruens, invicta occu-
 buit: nec minus invicta occumbit
 P. 5. fi-

filia , quæ antea ardentibus pruniſ
ſe velati manu ſua coronârat . Quæ
mortem ſunt conſecuta omnium , bar-
rare brevitas retat ; unum Historici
Juvencii , qui hac narrat , (a) epi-
phonema non p̄tererat . Exclam-
at igitur hunc in modum : Glo-
riosa Japonia , quæ tam fortes Ani-
mas ediderit ! Fortunata Societas
JESU , quæ tales laborum ſuorum
fructus collegerit ! Felix atas , qua-
tales videris triumphos ! At infelix
inertia Christianorum , qui Religio-
nie in ſinu a tot ſeculis educati ,
fallaces voluptatum illecebras detrac-
tant vincere ; cām rogos iſi modi
nati Christiani , & lenta incendia
superârint !

Considero viatores hos siagulos
Animos , ubi ad ſuperna regna evo-
lârint , obviis Superis , & interrogan-
tibus ; quid quisque in terris egerit ?
reſpoſadiffe , quemadmodum induci-
tur a S. Ambroſio reſpoſadiffe ſimili-
bus :

(a) Juvenc. l. 20. n. 51. — 54.

bus quæsitis Animus Theodosii Imperatoris, e corpore jam liber:
 (a) *Dilexi: mori me obuli.* Quo exhibito responso, Sanctus Doctor subdit: *Nihil hoc plenius, nihil expressius!* Quidam Fridericus, invictus Dux, positis sibi antem mentis oculos & exemplis & nominibus Heroum, sic se exstimulabat ad strenuæ quæque facinora: (b) *Experciscere, experciscere aliquando, Friderice; & illos factis, ac rerum gestarum gloriâ equiparare contendere.* Similia inihi dicam, his exemplis & heroum nominibus consideratis, ut præsertim experciscar ad tam fortè imitandum in Deum amorem. Saltem spes proximi, atternique præmii me moveat; si terret laboris præsentis difficultas. Accipe, ponderosa illa quidein, & suavia, Chrysostomi verba, tanquam

P 6

po-

(a) *In Conc. de Obitu Theodos. Imp.*

(b) *Apud P. Bern. Cœsiam I 3. Mineralogia c. 10. sect. 14. n. 15.*

postremos Exercitiorum ad Sanctitatem aculeos : (a) Non datur enim hic laborum Remuneratio ; sed sunt hic quidem stadium , & arena: postea autem erunt præmia , & corona: in tempore ergo luctæ , & in die Pancratii (Pancratium gymna-
cum certamen erat exquisitæ cor-
poris contentionis) ne queras
quietem , & animi remissionem , nec
confundas tempora . Tempus enim
præfens bellandi est , erit triumphan-
di tempus futurum , divino præser-
tim Amore beante .



IN-

(a) In Ps. 7. n. 8. s. 5. Maur.
adit.

INDUSTRIA DECIMASEXTA,

ET ULTIMA.

*Melancholia ,
Scrupulositas , Pusillanimitas .*

DEFINITIO.

Hic est funiculus triplex , qui non facile rumpitur , quem admodum docet experientia. Enim vero Tristitia Servi Dei facile degenerat in Scrupulositatem , & Pusillanimitatem. Scrupulositatem comitantur Tristitia , & Pusillanimitas. Et qui Pusillanimis est , idem in via Domini cristatur , & trepidat timore , ubi non est timor . Hinc sagacissime morbos , se se mutuis officiis foventes , & quasi coëuntes in unum , in unum huc conjecit Aquaviva . Tristitia hoc loco est turbulentus animi dolor ; Scrupulositas est imprudens animi timiditas ; Pusillanimitas est ignava animi abjectio . Haec tres , tanquam tres radii , in idem centrum col-

lineant, in tranquillitatis expulsione. Tranquillitas ex Ciceronis sententia (*a*) est *placida animi, quietusque constantia*. Hinc ubi animum invadunt hi morbi, animus *quasi mare fervens evadit, & agitur inconstantia.*

C A U S E.

Causæ Tristitiae in Servis Dei tres esse possunt. Prima Indoles ad tristitiam proclivis. Secunda falsa pœnitentia eorum, qui culparum causâ tristantur; cùm pœnitentia vera dulcis sit, & quietis amica. Tertia est aliquis humanis rebus adhæsus. Causæ Scrupulositatis tres etiam esse solent. Prima est tartarea molestia. Secunda frequens de Prædestinacione cogitatio. Tertia sollicitior Perfectionis cura. (*b*) Hinc S. Gregorius: *Bonarum quippe mentium est, ait, etiam ibi*

(*a*) 4. *Tuscul.*

(*b*) *Resp. ad Aug. Augl. Ep. ad interr. 10. l. 11. ep. 64. cd. Mar. C. ad ejus dist. 5.*

ibi aliquo modo culpas suas agnoscere, ubi culpa non est. Causas Pusillanimitatis tres considero; quarum primam colloco in natura ipsa; secundam in superbia, quasi nostris virtibus meritis munera essent nostra ob-eunda; tertiam in Fidei infirmitate, quasi Deus non esset Omnipotens, & non omnia possemus in eo, qui nos confortat. Novem hę morborum causae totidem postulant Remedia; quæ, ut serio adhibeantur, præcure-rat periculorum cognitio.

PARICULA.

Primum in tristitia est, ne vi-tietur Valetudo; secundum, de-mentis ratio vacillet; tertium, ne furiosa capiantur consilia. Pericu-lorum Scrupulositas primum est torpidus pigras; secundum est la-xitas conscientia; tertium perpetua animi abalutatio a suo mu-a-go, a rebus piis, a studiorum agi-tatione. Pusillanimitas in eo pri-maria offert periculum, quod Ho-mi-

minem reddit inertem, & otiosam, præsertim in negotiis, ac lucris di-
vinæ Gloriz, & animarum salutis. Secundum in eo, quod, rupto spei
fræno, in via impiorum curras. Tertium in eo, quod tibi persu-
deas, non tibi esse consentaneam
Societatem, grandibus facinoribus
assuetam; unde Ægyptum cogites;
ubi; dolo malo inimici, tibi in-
animum inducas, te ibi vacaturum
tibi, sempiternaque tuæ saluti se-
curius sine periculo ruitæ.

R E M E D I A.

Hæc respondebunt ptafatis no-
vem causis. Primæ partim Medi-
cus consulat; partim tu ipse;
omni abacto tristitiaz fomite. Secun-
dæ medeberis, si unicè dolcas,
quod Deum offendieris; quod eum
remissec amaveris. Deus enim Pria-
ceps pacis est. Deinde ait Tertul-
lianus: Quæ major voluptas, quam
fastidium voluptatis? Tertiam col-
les, si cum geniis tuis, vel minou-
scu-

sculis, vel licitis etiam, usque be-
ligeres, eos defraudans. Ego illum
feliciorem, ait Seneca, dixerim, qui
nihil negotii secum habuit; bunc
quidem de se melius meruisse; qui
maliguitatem naturæ suæ vici, &
ad Sapientiam se non perduxit, sed
abstraxit. Quarta evanescet consi-
lio Kempenis (a): Age secundum
consilium Sapientum, & depone an-
xietatem, & scrupulam; quia gra-
tiam Dei impedit, & devotionem
mentis destruit.

Tertiam pellit sic in quadam
Homilia Eusebius Emissenus, vel
aliquis alius: Noli attendere ad Pra-
destinacionem Dei, quam ignoras: si
cui ius Prædestinatione verus est Deus,
& mutari non potest; ita verba
ejus vera sunt, & mutari non pos-
sunt: Si vis ad vitam ingredi, serva
mandata. In his ergo servandis &
totus, & solum sis. Sextum pellit
Deus ipse: (b) Noli esse justus mul-
tum.

(a) L. 4. c. 10. n. 3.

(b) Eccl. 7. 17.

tum. Lege in parte 3. med. i. hebd. ii. tertiam Aequilibritatem; sed cave, ne ex eorum numero sis, quos hic num. 3. taxat Aquaviva; qui in re aliqua peculiari auxii, & ferupulosis; in reliquis tamen minime timorati, & indisciplinati inveniantur. Septimam temperabit Aureus Abb. Blosii liber, inscriptus: *Consolatio Pusillanimum*, & Rodriguez (a). Octave; & nonæ satisfacit Dictum p. Codreti (b): *Nisi nos maneri astro defuerimus, Deum suo non defaturum, nec subsidio, quacunque opus fuerit, negaturum.* Agitur de negotio animorum, quos emit pretio magno.

CLAU-

(a) *P. 3. trah. i. cap. 7.*, & 17.

(b) *Aguil. p. 1. c. 1. s. 44.*

CLAUSULA INDUSTRIARUM.

Pater Juvencius, differens de his R. P. Aquavivæ *Industriis*, harum (a) Opusculum, ait, per magno non tantum nostris, sed aliarum etiam Familiarum Præsidibus adjumento esse constat. Addo apotissimum si illæ tempore Exercitorum adhibeantur; ut indicavi Parte I. pag. XXXVI. — XXXVIII. Id autem confirmo auctoritate gravissimi Philosophi Moralis, licet Heretici. Hic autem est Baco de Verulamio, qui doctrinam de *Cultura Animorum* dividens (b) in doctrinam de *Animorum Characteribus*, de *Affectionibus*, & de *Remediis*, seu *Curationibus*; in hac tertia parte idcirco immoratur, quod ea *Remedies* in

(a) L. 15. n. 37. §. *Dum in Afiam &c.*

(b) L. 7. c. 3. de Aug. Sciene. edit. Francof. ann. 1665. col. 202. 03.

in nostra sunt potestate ; id quod omnem nobis auferet excusationem , si pigri simus in his adhibendis curationibus . Deinde Baco hæc prudenter , & nobis opportu- nè , subdit .

Ceterum Animi quædam est cultura , quæ adhuc magis accurata , & elabore videtur , quam reliqua . Nititur ceterum hoc fundamento ; quod omnium Mortalium Animi certis temporibus reperiantur in statu per- fectiore , allis in statu magis depravato . In re nostra Status animi perfectior esse solet temporibus Exer- citiorum ; ante hæc tempora haud raro vel in Religiosis virtis contin- git Status Animi magis deprava- tus . De hoc autem utroque Ani- mi statu pro diversis temporibus quædam exhibet documenta ibi- dem ; pauca illa quidem , sed ad propositum nostrum apta , & ipsa per se utilia .

Hujus igitur , inquit , cultura , intentio fuerit , & institutum , ut bo- ga illa tempora foreantur . Prae- verò .

verò tanquam ex Kalendario delectur, & expungantur. At quomodo? Accipe, quæ docet: *Ac bonum quidem temporum fixatio duos modis procuratur; votis, aut saltatem constantissimis Animi decretis,* & observantius, asque exercitacionibus; quæ non tantum in se valent, quantum in hoc, quod animum in officio, & obedientia jugiter contineant. Nimirum fractus ex his Industriis captus, tam fortunatis Exercitiorum temporibus, perpetuus erit; si illa tempora præ oculis habeantur, & quodammodo ex rrevocabili præterito illo tempore ad vitam revocentur, novis in lies desideriis; novis sanciendis propositis, quibus *Animus in officio continetur, & in obedientia quoad a*, quæ tunc in animam induxit, religiosissime nobis vel seranda, vel cavenda; adjectis quotidianiis earum rerum exercitationibus.

Descendit deinde ad alia tempora, de quibus hæc præcipit:

Ma-

*Malorum temporum obliteratio dupli-
ci itidem ratione perfici potest, re-
despitione aliqua , vel expiatione
præteriorum , & novo vitæ institu-
to, veluti de integro. Expianda nobis
igitur illa tempora sunt , quibus
Animus vitiabatur , non necessitate
naturæ , sed arbitrio libertatis; præ-
terea redimenda illa sunt tempora
novo iunctu Vitæ genere : quasi
de integro religiosam vitam auspi-
cemus . Hoc autem facile præ-
stabimus , si ad proximas Appen-
dicularias animum serio adverteamus;
prima enim de servandis Propositis,
fructum exercitiorum faciet perpe-
xuum , & altera de arripienda Vi-
ta perfectiore , egregiè expiabit præ-
terita tempora minus bona , si nos
mala .*

*Quæ consequuntur verba , no-
bis profunt : Quamobrem conclu-
deremus hanc partem de cultura Ani-
mis cum eo remedio , quod omnium
est maximè compendiosum , & sum-
marium , & rursus maximè nobile ,
& efficax , quo animus ad Virtutem
effor-*

efformetur, & in statu colloccetur per-
fectori proximo. Hoc autem est: Us-
fines vitæ, actionumque, & nobis
ipſi: proponamus rectos, & Virtutē
congruos, qui tamen tales sint; ut
eos essequendi nobis aliquacenus sup-
petat Facultas.

Illud autem memordet, quod
quæ aliis dixerim, minimè dixerim
mihi, qui ceteroquin præfatis mor-
bis omnibus sentio me laborare,
Verissimè autem a S. Bernardo scri-
ptum est ad Balduinum Abbatem:
(a) *Pulcherrimus Ordo est, & salu-
berrimus; ut onus, quod portandum
imponis, tu portes prius; & ex te
discas, quomodo oporteat aliis mode-
rari (dicam equidem: alios instrue-
re) . Alioquin subsannabis te Sapiens:*
(b) *utpote pigrum illum, cui labor
fit, manum porrigere ad os. Argues*

ie

(a) Ep. 201. n. 3. t. I. Op. Edis.
Maur.

(b) Prov. 26. 15.

te, & Apostolus dicens (a) Tu: qui alium doces, te ipsum non doceas. Quem Doctorem ibidem Paulus docet: habere formam Scientiae, & Veritatis in lege; formam, inquam, non autem Scientiam ipsam, & Veritatem in Lege, quæ sine operibus & ipso mortuæ suæ,



AP.

(a) Ad Rom. 2. 20. 21.

APPENDICULA I.

De Ratione stundi Promissis.

PROÆMIVM.

Plus operis est in eo, ut *Proposita custodias*, quād ut *bonestā proponas*; scribebat ad Lucilium Seneca. Rei hujus causam indicātunt Corinthii Legati in quadam concione, habita ad Socios Lacedæmoniorum (*a*), his verbis: *Nemo tali opere rem exequitur*, *quali credulitate deliberat*; *sed cum fiducia de futuris sentimus*, *cum timore autem in actione deficiimus*. Timor autem ejusmodi, ne dicta, & scripta cum factis componamus, umbratilis esse solet, & panicus. Tamen adeò noxius est; ut unus satis sit ad irrita facienda Exercitia, quæ tanto studio es-

Pars II.

Q

emea-

(*a*) *Apud Thucydidem l. 1. de Bello Pelop. longè post medium.*

emensus. Quare figurari in eo mil-
videtur Dracone, qui tanto ter-
re paritaram Mulierem afficiebat
ut hæc non modò non pareret; se-
etiam clamaret parturiens, & cra-
ciaretur, ut pareret. Id quod legi-
mus cap. 12. *Apocal.* Ad hunc ab-
stergendum Timorem, quicumqu-
sit, sive verus, sive fictus, sive in-
gens, sive tenuis, Instructionem
scribimus de Ratione stundi Promis-
sis instar Appendiculæ ad Exerci-
tia, jam confecta.

Instructionem hanc tripartitò
dividimus in *Dedicationem*, in *Me-
ditationem*, in *Admonitionem*. Pri-
ma pars exponet modum, quo Pro-
posita, in Exercitiis concepta, po-
stridie Exercitorum statim a so-
mno dedicanda sint Deo. Pars alte-
ra aliquod sanguinem pabulum exhi-
bebit ad considerandum, quid ea
Promissa grati animi postulent, quid
timoris, quid sollicitudinis? Hæc
omnia legitimum illius diei matu-
tinum ad meditandum tempus oc-
cupabunt. Tertia denique Pars

Mor-

**Monita quzdam ad rem adducet
opportuna.**

Via hac , & ratione effectum
dabimus consilium , vel præceptum
divini Oraculi : (a) Clavos tuos
consolida Noti tinsere Quia
dominabitur tui , qui fecit te . Clas-
si adumbrare quæ sunt Propositæ ,
quibus infirmitatem nostram con-
firmamus , & , quæ dissoluta sunt ,
colligamus . Quod si quedam obi-
ter statuta sint , alcas hoc modo
jacent in animo radices , unde de
Propositionis nostris possimus dicere ,
quod Deus de Ovibus suis : (b)
Quod perierat , requiram ; & , quod
abjectum erat , redacam ; & , quod
confactum fuerat , alligabo ; & , quod
infirmum fuerat , consolidabo ; & ,
quod pingue , & forte , custodiamus .
Quid? quod perficere , teste Augu-
stino (c) , quæm incloare est major !
Inchoavimus hactenus ; reliquum

Q - 2 est,

(a) *Isaiah c. 54.2-4.5*; (b) *Ezekiel 34.16*.

(c.) L. de Dono Perfor. C. 24. N. 54. S. 10.

open Mass.

est, quod est majus, ut ne
incepta perficiamus.

P A R S I.

D E D I C A T I O.

ABsolutis vix Exercitiis, De
habendæ sunt, & agendæ ei
quisitissimis verbis, gratiæ, & ma-
gno pietatis sensu recitandus est
Psalmus LXXVI. *Voce mea ad Do-
minum clamavi &c.*, qui bellè huc
cadit. Tuni cubitum petam, de-
servandis Promissis cogitabundas.
Ultima ejus diei cogitatio erit re-
misoientia quædam proximæ Me-
ditationis, quam mox dabit secun-
da hujus Appendix Pars. Poste-
ra die post somnum hesternam eam
cogitationem refricabo, totus in eo
occupatus, ut fidem, quam Deo
obligavi, religiosâ promissorum
constantiam libarem.

Quamobrem mihi videar vi-
dere, statim ac expurgiscar postri-
dic Exercitorum, hinc cælestem

Ge-

Genium, hinc Genium tartareum,
 & rumque ostentantem mea ipsius
 Adversaria, Codicemque, ubi mea
 & lumina, & promissa adnotaveram,
 atque eo consilio, ut mihi persua-
 leam, si ea serventur, Adversaria
 Ita, illum Codicem offerenda esse
 & Genio cælesti pro me divino Ju-
 dici. Quod si minus cautè custo-
 dita ea fueriat toto anteactæ vitæ
 cursu, eadem Adversaria, eundem
 Codicem offerenda esse a Tattareo
 Genio contra me divino Judici.
 Præterea videar mihi videre ante
 me constitutum IESUM ipsum, dex-
 torsum MARIAM, sinistrorsum
 IGNATIUM; mihi pariter singulos
 hæc inculcantes: (a) Pili mi, au-
 sculta sermones meos, & ad eloquia
 mea inclina aurem tuam. Ne rece-
 dant ab oculis tuis; custodi ea in
 medio cordis tui: Vita enim sunt
 invenientibus ea, & universæ car-
 ni sanitas. Omni custodia serva cor-
 suum; quia ex ipso vita procedit.

Q 3 Equi-

(a) Prov. 4. 20. — 23.

Evidem spe, & metu excitatus, actis iterum gratiis de toti beneficiis acceptis in eo Exercitorum accepabili tempore, respondebo verbis integeriuni Adolescentis nostri, Joannis Berkmanus: *Diffram per potius, quam vel minimam ordinationem, vel regulam voluntarie transgrediar. Non curabo aliorum dicta circa observantiam Regularum, & Propositorum.* Jam vero, ut praeclarè advertit Kempenus: (a) *Officiorum propositum in Gracia Dei potius, quam in propria sapientia pedestalum in quo & semper confidimus, quidquid attripiunt.* (b). Et Augustinus: *Quando promissis, ait, nisi Deus facias, inenarrabilis est promissio tua. Subdam invictæ, vicitricisque Judithæ precem:* (c) *Confirma me, Domine Deus Israel &c. & hoc, quod credens per te posse fieri cogitavi, perficiam.*

In-

(a) *De Imit. l. 1. c. 19. n. 2.*(b) *T. 5. apud Maur. serm. 168.
n. 1.*(c) *Juditha c. 13. 7.*

Iudatus jam , flexis genibus
 ante Jesu , in Crucem acti , simu-
 lorum , instaurabo proximam Hy-
 potyposim de duplice Genio , & de
 ælesti illo Triumviratu . Tum su-
 nam Adversaria Luminum , & co-
 hicem Promissorum , & expandam
 oram Christi simulacro ; ut sit ibi
contra me in testimonium . Habenda
 sim suac semper præ oculis , &
 præ manibus promissa , ut ad ea
 implenda excitemur . Moyses in
 Arca Tabulas Legis inclusit , quæ
 Arca præcedebat sublimis Hebreos ,
 per desertum peregrinantes . Cau-
 fam autem ejus iocclusionis addidit
 Populo Moyses : (a) *Ut sit ibi con-
 tra te in testimonium* . Suo etiam
 exemplo quodammodo Deus nobis
 auctor est ; ut semper præ oculis
 habeamus promissa , scripto pro-
 pterea excepta . Id enim indicare
 videtur Augustinus , ubi , differens
 de divinis Vaticiniis , stylo exara-
 tis (quæ quasi Promissorum Dei

Q 4

co-

(a) *Deut. 31. 26.*

Codices sunt). *Parum erat, ait, (a) promissio; etiam scripto se teneri voluit (Deus), veluti faciens nobiscum Chyrographum Promissorum suorum; ut, cum ea, que promisis, solvere inciperet, in scriptura promissorum, consideraremus ordinem solvendarum.* Nempe divinum promissorum Chyrographum Fidem nostram confirmat, gratum excitat animum; nostrum autem promissorum Chyrographum, fidelitatem nostram confirmat, virilem excitat constantiam.

Post haec adeas Sacellum, vel Templum; ibi Christo, in facro tabernaculo delitescenti, Proposita offeras, actis ex integro gratiis, & implorata Divina ope. Præsertim autem id agendum, vel dum Sacrificamus, vel dum extra Sacrificium, participamus Eucharisticum epulum: eo potissimum fortunato temporis punto, quo Christus nostrum

(a) In ps. 109. n. 1. s. 4. Op. edit. Maur.

strum ingreditur peccus, & in visceribus infidet nostris. Tunc renovanda est dedicatio, hypotyposis, precatio, auxiliique cœlestis imploratio, ut illa Christus rata habeat, & veluti suæ gratiæ signo communiat, præsentiaque roboret suâ; adjectis duabus illis, amoris plenis, precibus, quarum unam sufficit antiquum, alteram *Testamentum novum*, nempe: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi*, (a) atque non tam promissis meis, quam donis tuis. Et: *Mane nobiscum, Domine; quoniam advesperascit, instaurazione & studiorum, & occupationum, quæ nos manet, emensos Exercitorum cursum, & cetero-quin inclinata est jam dies vitæ nostræ; instat nox, ingruunt tenebrae.*

Vetus Sanctorum Virorum confitudo exemplis nos suis ad hanc exhibenda diligentiam hortatur. Duo e multis legam, eaque e di-

Q 3 VI

(a) *Gen. 32. 26.*

vialis Libris excerptam . De Jofia Rege , ubi repertum est Deuteronomium , seu Liber Legis , accipimus hæc : (a) *Ascenditque Rex Tempium Domini , legitque , cunctis audiencibus , omnia verba Libri tæderis Et fœdus percus-
ſus coram Domine ; ut ambuletent post Dominum , & custodirent pra-
cepta ejus , & testimonia , & cere-
monias in omni corde , & in tua
anima , & suscitarent verba fœd-
ris tuarum , quæ scripta erant in Li-
bro illo . De Iuda autem Macha-
bæo , & suis , legimus : (b) *Congre-
gati sunt , & venerantur in Mespibæz
& expandentes Libros Legis ;
& clamaverunt voces magna in Car-
lum dicentes : Quomodo pot-
erimus subsistera ante faciem eorum .
(Hostium , qui in re nostra
casus figuraerat , qui fortasse nos ir-
grediabantur , quædam malitious videamus ,
quæcum antea) nisi ex Deo adjutor**

(a) 4. Reg. 23. 2; & 3.

(b) 1. Mach. 3. 4&c. 1. 6&c.

nos? Et ait Iudas: (qui re-
præsentat Duxem nostrum IGNATIUM)
Accingimini, & estote filii potentes,
& estote parati in manè ; (immo
in hodiernum diem) ut pugnetis
adversus Nationes hæc, quæ conve-
nerunt adversus nos disperdere nos,
& sancta nostra . (promissa.) Quo-
niam melius est, nos mori in bello,
quædam videre mala Genitio nostra, &
Sanctorum . Sicut autem fuerit vo-
luntas in Cælo, sic fiat . Capita huic
proxima, scilicet quartum, & quin-
tum narrant plures Hebreorum Vi-
ctorias, quæ præfatas Judæ preces
consequituræ sunt . Alterum tantum
continget nobis; Deo enim opitulan-
te, de adversariis virtutis nostræ,
multiplici insigni relata palma,
triumphabimus profecto .



P A R S II.

M E D I T A T I O .

Patronus.

ERIT cælestis Angelus, cuius custodiæ equidem jamdiu traditus sum; ut quod peculiari studiosissimo Patrocinio est auspiciatus, impetrato Perseverantiae dono, perficiat ad mortem usque nostram.

P A R T I T I O .

I.

*Promissa
postulant Gratum animum.*

II.

*Promissa
postulant Timorem.*

III.

*Promissa
postulant Solitudinem.*

FRU-

FRUCTUS CAPIENDUS.

Ille erit, quem spectabat Barnabas, dum portabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino; non in proposito solum hanguis. (a)

HYPOTYPOSIS, ET PETITIO.

Exstant initio primæ partis hujus Appendiculæ sub p. 364; & seqq.

LECTIO.

Kempis L. i. c. 19. *De Exercitiis boni Religiosi.* Item legenda sunt *Lumina recens nobis immissa*, & *Promissa recens concepta*.

(a) *Aet. Apost. viii. 23* quod dicitur

C A P U T . I.

*Promissa.
postulans gratum animam.*

Proposita ipsa dona Dei sanct., &, ut a nobis conciperentur, sexcenta alia præcesserunt Dei dona. Hæc autem omnia sagularem postulant gratum animum. Id autem in primis postulant *respectu Dei*; Deo enim ea steterunt sanguine, & vulneribus. Adde, quod eo animo illa largitus est Deus, ut beati simus in omnem æternitatem. Deinde *respectu ipsorum donorum*, si eorum numerum species, si indelem. Proh quot, & qualia lumen menti illuxerunt! Proh quot, & qualia incitamenta animum pellerent! Igitur exclamandum cum Chrysostomo, a donorum copia, & excellentia perterritu: *Hec mihi, quis vis ad felutem!* Tum respectu mei, qui non secus, ac Miphileb, a Davide beneficium mu-

mularus, in admirationem raptus,
exclamare debet munificentissimo
I^oeo (a), Adorans eum: Quis ego
sum servus tuus; quoniam responisti
super canem mortuum, similem moi
mortuum, inquam, morte pe-
caci.

Denique respectu aliorum sive
externorum, sive domesticorum.
Externos si considerem, quot eo-
rum vel in hac ipsa Urbe, cate-
roquin Exercitiis, ut ita dicam, re-
dundante, caruerunt hoc insigni-
dono, totâ ipsorum vitâ, invitis
fortasse amicorum industriis, immo
& propriis diuturnis votis propter
obstacula catenacarum occupatio-
nauit. Verè scripsit Plutarchus:
*Valde diligere, & diligi non endis
saprox multos: & David (b): Non
fecis taliter omni nationi, & judi-
cia tua non manifestavisti eis. Alleluja.*
Quod extremitate verbum ad lau-
dum praeconia quæsi invitat.

Quod

(a) 2. Reg. 9. 8.

(b) Ps. 147. 19.

Quòd si tandem Socios considerem, (quibuscum unā peregit Exercitia) non vacat hæc consideratio novis stimulis ad gratum animum. Quot enim inter hos Socios, negligens quasi eorum virtutibus, & bonis moribus, minora fortasse acceperunt Dei dona, quam equidem accepi? Mihi fortasse, & paucis aliis, non omnibus, dixit Deus in arcano. Cordis conclavi, quod Raphaël Tobiae, Uxori, & Filio: (a) *Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam a vobis occultum sermonem.* Fortasse sanctissimi Socii dixerunt cum Davide: (b) *Cibabis nos pane lacrimarum, & potum dabis nobis in lacrimis in mensura.* Ego vero (quæ Dei munificètia est in indigños etiam) expertus fortassis sum eam lacrimarum vim ; ut de ea dici possit, quod de critico agyptio, Gubernatore Josepho, legimus : (c) *Tanta fuit abundans,*

et

(a) *Tob. 12. 11.* (b) *Pſ. 79. 6.*(c) *Gen. 41. 48.*

ue copia mensuram excederet.
Quid simile dicas de aliis Dei donis , & cælestibus voluptatibus.
Concludam igitur hoc caput admirabundus cum Tobia : (a) **Magnus es , Domine , in aeternum !**
Confitemini Domino , Filii Israël , &
in conspectu gentium laudate eum
Aspicite ergo , quæ fecit nobiscum
Ego autem in terra captivitatis meæ
confitebor illi , quoniam ostendit Ma-
jestatem suam in gentem peccatri-
cem Anima mea benedic Do-
mum .

C A P U T II.

Promissa:

postulans Timorem:

QUæ pœnæ a Christo infidaæ
 sunt Servo pigro , & Convivis
 fastidiosis , magno mihi esse debent
 Timori , si non stem promissis . Tot
 dona talenta sunt . Vx , si ab-
 scondantur , & opere , & multi-
 plicatione vacua sint ! Convivium
 grande fuit tempus Exercitio-
 rum :

(a) *Tobi. 13.1.3.6.7.19.*

rum : tot lumina, & incitamenta
fuerunt sanè totidem invitamenta:
væ si negligantur ! Deus alios ne-
gotiatores adhibebit, alios invi-
tabit. Dona ipsa conquiescent. Clau-
detur Cœlum ; evadet ænem.
Evidem (quod Deus avertat,
avertendo tanæ poenæ meritem)
ero similis montibus Gelboë. Quis-
que Cœlestium Jesuitarum dicet,
quod David eis Montibus : (a)
Montes Gelboë, nec ror, nec plu-
via, venians super vos : neque fuit
agri primiolarum ; quia ibi abjectus
est clypeus Fortium (nempe Auto-
graphum Luminum, & Promisso-
rum) Deinde super te Frater
mi Sicut Mater uictrix amat
filium, ita ego te diligebam. Quo-
modo ceciderant rebuffi, & perie-
nunt arma bellica ! Cujuſmodi erant
Meditationes, & Industriæ Exerci-
tiorum, Lumina, & Promissa.
His ditis, & querulis vocibus
ac-

(a) 2. Reg. i. 21. 26. 27.

accident olim ita Sacri , cum quibus peregi Exercitia .

Præterea qui oscitanter Exercitia peragentes , vel de servanda promissis minime laborantes , irriferre fervidos Socios , exclamabant cum iis , qui (a) videntes herbabuntur timore horribili , & mirabuntur in subitatione insperata salutis . Dicentes irraſt , pœnitentiā agentes , & præ angustia spiritus gementes : Hi sunt , quos habuimus atquando in derisum , & in similitudinem improperii . Nos infatū viam illorum affirmabamus infaniam , & finem illoram finibos esse . Ecce quomodo computati sunt annos Filios Dei , & inter Sanctos fratres illorum est . Ergo erravimus a via veritatis Lassati sumus in via iniuritatis , & perditionis , & ambulavimus vias difficiles ; viam autem Domini ignoravimus (datâ openrâ) Transferens omnia ista ; & virtutis quidem nul-

tum

(a) Sop. 5. 2. - 13.

Ium signum valuimus ostendere ; in malignitate autem nostra consumpti sumus. Omni studio curandum, ut ad hos miseris aggregemur. Hunc igitur postremum sit, quod inculcat Eustochio S. Hieronymus : (a) Nolo tibi venire superbiam de Proposito, sed Timorem.

C A P U T III.

*Promissa
postulans Sollicitudinem.*

Curandum ergo est, ne Libellus nostrorum Promissorum, tempore horrende comparationis, & judicationis coram Christo, futurus sit similis Libro, quem Manus, missa ad Ezechiem, expandit coram eo, (b) qui erat scriptus intus, & foris ; & scriptæ erant in eō laminationes, & cūrmen, & vā. Ne autem tantum hoc infortunium

con-

(a) Ep. 18. sub init. cl. 2. p. 2.
l. 4. op. Maur. ed. (b) Ezech. 2. 9.

contingat, sedulò morem geramus
 Apostoli consilis: (a) *Nolite con-*
formari huic saeculo, sed reformami-
ni in novitate sensus vestri; ut pro-
betis, quæ sit voluntas Dei bona, &
beneplacens, & perfecta..... Dile-
ctio sine simulatione: Odientes ma-
lum, ad barrenas bono..... SOLI-
CITUDINE NON PIGRI: Spi-
ritu ferventes: Domino servientes:
spe gaudentes: in tribulatione pa-
tientes: orationi instantes. Denique
 dicamus cum Christo Domino: (b)
Donec transeat Cælum, & Terra,
jœta unum, aut unus apex non præ-
teribit a Lege, donec omnia fiant. O
 beatum Occasum! si oblati Propo-
 sitorum Codice, quisque nostrum,
 dum moriemur, posset repetere cum
 eo Evangelico Adolescenti: (c) *Hæc*
omnia observavi a Juventute mea.
Tunc ille erit nobis Liber Vitæ,
& fiet dulcior illo alio volumen.

Eze-

(a) *Ad Rom.* 12. 2. 9. 11. 12.(b) *Mattb.* 5. 18.(c) *Marc.* 10. 20.

Ezechielis, (a) de quo ipse-mes
Vates certatur: *Fatuum est in ore
meo, sicut mel dulce.*

EXEMPLUM.

Externus homo a. 1730. (b) in
hac nostra Panormitana Exer-
citorum Domo longè alias factas,
post quatuor menses vix sanctissi-
mè adit, moriens habitu penitentis,
degloriata jubet sua Promissa, quæ
(præviis osculis, & lacrimis ostendit,
se ea ex animo vocare: *Pater
Litteras ad Celum. Ad ea siquo-
da capice acclimato, lacrimar,
Iesus coramdem executione. Post
arrepto simulacro Iesu, in crucem
adit (quem vocabat: *Ducem suum,
suo instrutum Crueis Vexillo*) fu-
gat tartares hostes, quibuscum
invictè congregitur. Deinde spe-
ctans sibi præsences S. Rosarium,*

Ci-

(a) Ezech. 3. 2.

(b) In MSS. Mem. Domini Exer-
citorum Panormitano; s. 1. cap. 1.

Civem suam , & MARIAM , Matrem dulcissimam , prægustato Beatitudinis nectare : *Venio* , ait , *venio* : *gratias ago* : *gratias ago* : (quibus extremis verbis inter Cælites immortuum esse sanctum quendam Virum , Nursinum , Sacerdotem legimus (a)) & suavissime extinguitur , ad cælum , ut piè credimus , evolans . Tam pia mors Constantiaz potissimum fructus fuit . in servandis Propositis , quæ in æstu Exercitiorum concepta fuerant . Juvat & a Discipulis discere Magistros . Scilicet , qui tradere Exercitia solent externis , discant ab his ipsis : quanti fiat hæc Constantia a Deo , qui tanto eam præmio affecerit .

PARS

(a) *Apud S. Greg. l. 4. Dist.*

sq. II.

*Monita
ad servanda Promissa,*

I.

PRIMAS habeat, quod docet P. Antonius Natali p. 2 de *Caelesti Conversatione, in terris a Religioso Viro instituenda*, c. 37. n. 564. *Quamocius*, ait, *post peracta Exercitia Patrem Spiritualem adibis, rationem redditurus de ipso Exercitiorum successu, de luminibus, quæ tibi a Deo insulserunt, de fructu elicito, ac Propositis in futurum servandis.*

II.

HAC de causa scripto ea excipienda sunt. P. Balthasar Alvarez, teste Sacchino (a), *Diligenter totâ vitâ observavit, scripto excipiens sensus, ac lumina, qua illæ*

(a) P. 4. Hist. Soc. I. 8. n. 243.

303

illi Deus immitebat: idem faciendum
cunctis, negotia Virtutum exercen-
tibus, dicens: esse enim cœlestis ignis
semina, quæ subinde relegendæ; quâ-
si excusſa, corporem arcerent. Postrema
hæc verba suadent scribenda esse
Proposita: id quod & jubet Directo-
rium c. 7. n. 2.: Quoniam, ait,
proderunt multum alio tempore; cùm
ea non babebit. Relegenda autem
sunt, adhibito primo Orandi Mo-
do ex institutis S. IGNATII in Exer-
citiis, qui Modus est instar exa-
minis non sine plurium exercita-
tione Virtutum. Hoc autem pecu-
liari quodam jure præstandum est,
recurrente die Preparationis men-
sirua ad Mortem.

III.

Confert multum ad servandam
Proposita, si, quæ generatim
fortè concepisti, eadem ad res pе-
culiares, & vitæ tuæ obvias ac-
comodes. Generalia parum utilia
Pars II. R. sunt

sunt Promissa . Concilium Toletanum XI. , quemadmodum legimus Dist. 23. C. *Quamquam* , haec veluti hujus moniti causam exhibet : (a) Solet enim plus timeri , quod singulariter pollicetur , quod ex quo generali spacio concluditur . Adeo , quod peculiaria magis incurvantur in oculos , quam generalia .

IV.

IN servandis Promissis duo. potissimum spectanda sunt : alterum , quod difficilius ipsum per se est ; alterum , quod tibi magis est necessarium . Hac de causa a difficilioribus auspicandum . Ad primum quod attinet , ajebat P. Codretus : (b) Deus ubi , quæ in nobis sunt , præstaria nobis videt ; quæ supra nos videntur , reddit facilita , uti dixi P. i. p. 134 ; ubi id ex Seneca confirmavj .

Quod

- (a) Cap. X. t. 7. Concil. Labbei ,
dr. Cossartii edit. Ven. col. 568.
(b) Aguil. Hisp. Soc. Sic. p. I.
c. I. n. 44.

Quod spectat ad secundum : Kempis (a) : *Semper aliquid certi , inquit , proponendum est (id quod paullo antè ex Toletani Concilii monito dicebamus) & contra illa præcipua , quæ amplius nos impediunt.*

V.

Conservatio Promissorum postulat Accuratem ; scilicet accuratus sis , oportet ; præsertim in rebus minimis , in quibus facile est , ut obrepatur negligentia . Imitare Naturam . Rerum Natura , advertit Plinius , (b) nusquam magis , quam in minimis tota est . Quid ? Qui spernit modica , paulatim decideret , ex Ecclesiastici monito , initio cap. 19 . E contrario Christus Dominus ajebat : (c) Qui fidelis est in minimo , & in majori fidelis est : Accedit magnum præmium hujus

R 2 di-

(a) L. 1. c. 19. n. 3.

(b) Lib. II. c. 2.

(c) Luc. 16. 10.

diligentia. Christus enim accurato in his minimis Servo : *Euge*, bone Serve, inquit, (a) quia in modo fuiisti fidelis, eris potestatem habens super decem Civitates. Exemplo sint nobis Artifices, instauratores Tempoli, Josia Rege, qui fideliter cuncta faciebant. (b)

VI.

Acturatio necessaria proximis de causis est; sed longè pluribus de causis necessaria est Constantia. In quosdam enim cadit bellè, quod scribebat Seneca ep. 120: *Quidam alternis Vatinii, alternis Catones sunt. Propterea Seneca, de Virtu Sapiente differens in Lib. De Vita Beata, cap. 8: Maneant, ajebat, illi semel placita; nec ultra in decretis ejus litera sit. Sicut igitur Constantia Nota Sapientis virtus est, ita Inconstantia Stulti hominis, quem sic*

(a) *Lac. 19. 17.*(b) *2. Paral. 34. 12.*

sic describit Terentianus Demipho:
 (a) *Nolo, volo; volo, nolo rursum: sedo, cape: quod dictum, indicetum est: quod modò erat ratum, irritum est.* Christus imitandum Deum ipsum nobis proposuit. Quando Deus, ait Chrysostomus,
 (b) *promittit; nulla variatio permissionibus adjungitur.*

VII.

HAUD raro deest Constantia, quia deest Generositas. Hanc a Japonibus Neophytis discamus. Adeò hi generosi erant; ut Tyrannus, tantam generositatem perosus, grandibus literis, triplici candenti ferro, *Christiani* nomen Christianorum in frontibus inuri jusserit (c). Ignis Caritatis nobis

R 3

in

(a) In Phorm. Act. 5. Sc. 7.

(b) Serm. 9. in Gen. n. 4. l. 4.
Ed. Maur.(c) P. Bartoli in Asia p. 2. l. 4.
p. 292.

in vultu insculpat: *Fefata sum.*
Fesum non erubesco, præfertim apud
Fefatas. Dicam cum Seneca de
Vita Beata c. 20. *Nobilis opinionis*
cursus; omnia conscientiae factum.

VIII.

Divina tibi comparabis auxilia
 sanè validiora ad istiusmo-
 di generositatem, si promissa im-
 pleas cum *Liberalitate*. Bartholo-
 mæus, Omuræ Rex, (qui primus
 e Regibus Japoniæ Christo Sacra-
 mentum dixit) vix Christianæ
 vitam est auspicatus, cum Libera-
 litati ejusmodi studiosissime dedit
 operam; affectus, ut scribit Sacchi-
 nus (a), plus prestatre, quam polli-
 ceri, & verba factis anteire. Deus
 id nobis exemplo suadet suo. Diligenter
 attendite, Fratres, quidam
 ajebat, (b) quia unum promisit Deus
 fu-

(a) *P. 2. Hist. l. 7. n. 150.*

(b) *Auctor Serm. 31. n. 3. cl.*
1. in App. t. 5. Op. S. Aug. edit.
Maur.

futurum in virga (Aaronis) & plura dedit. Verum est, Fratres: consuetudinis suæ rem fecit Dominus noster. Semper enim majora tribuit, quād promisit.... Cūm de solo germine fuisset repromissum, vide, quanta largitur Deus, non solum germen prodixerit; sed & frondes; & non solum frondes, sed & fructus.

IX.

Seriò advertas, te fidem tuam Deo obligasse; hinc maxime necessaria tibi est Promissorum conservatio; licet antequam promiseris, liberum tibi fuisset non promittere. Id representat suis S. Bernardus in egregio Tract. de Precepto, & Dispensatione cap. 1. n. 2., & rem concludit hac exclamatione: *Felix necessitas, quæ cogit in melius!* Quam sententiam ibi testatur, se didicisse ex quodam Patre. Hunc P. Mabillonius, editor Mauriūs, vult esse Augustinum, epistolā, 127. nunc, ad Armentarium.

R 4 . . . Con-

Considera item, te multa promisisti, ut plura a Deo, a Virgine, a Superis obtingeres: obtinisti: vocorum regis es. Id magno incitamento esse debet ad Fidelitatem; ut si primus obtutus, (qui totus in Fidelitate versatur) minus moveat; obtutus hic (qui totus est de Grato animo) moveat vehementer. Innocens quidam, ubi operis Virginis (cui promiserat, se Ipsi donaturum. Calumniatores suos, si a vita vindicaretur periculo) tormenta sustinuit invictus, videlicet sibi presentem Virginem, hæc ajetem: (a) *Quod a me poposceras, præstisti: reliquum est; ut, quæ tue partes sunt, promissis stare velis.*

Quod

(a) *Aguil. p. 1. q. 12. n. 54.*

XI.

Quod si, his tot invitatis causis,
 & monitis, videris, (quæ no-
 stra infirmitas est familiaris) quæ-
 dam violasse Proposita, tibi auctor
 est Anastasius Sinaita; (a) primū
 ut dannes coram Deo infidelită-
 tem tuam, tuamque fatearis infir-
 mitatem, & culpam; deinde, ut id
 Moderatori animi tui aperias, &
 monitum hoc concludit his verbis:
*Ubi enim obligatio, ibi & trans-
 gressio est.*

XII.

Postremum denique monitum
 proprium Jesuitæ sit, ut (quò
 S. IGNATII patrocinium sibi conci-
 liet) eadem, quæ Deo in Exerci-
 tiis promisit, eidem ab aliis pro-
 mitti curet. Dona Dei eò magis
 propria fiunt, quò communiora
 aliis redduntur. Lege apud S. Bo-

R 5

na-

(a) L. QQ. q. 141., t. 9. Bibl.
PP. edit. Lugd. a. 1677. p. 1036.

naventuram l. 4. Pharetra c. 21.,
 quod est de Communitate. Addit,
 quod ait Cicero L. 2. de Fin: Ad.
 Arbitram scripsit Plato: Non sibi
 se solum natum, meminerit, sed
 Patriæ, sed Suis; ut perexigua
 pars ipsi relinquatur. Accedit,
 quod quod fecerit, & docuerit, hic
 magnus vocabitur in regno Cœl-
 rum. (a)



AP-

(a) Martb. 5. 19.

APPENDICULA II.

*De Ratione
sanctissime vivendi
in Societate Jesu.*

P R O C E M I U M .

Supervacaneum videri poteris hæc His scribere, qui in Legge sua, sanè liberi, fatis dicitur. centut Rationem sanctissime vivendi in Societate Jesu & iactamere vera supervacanem. Id non est, si Causam consulat, si consular. Exemplum. Causa ea est; ut uno veluti obtutus eulogia plenis, quæ tibi sunt peragenda, tanquam Specimen novæ vite, quam jame inire constitutum est tibi, Jesuita rite in instituto p̄is Exercitationibus SS. P. IGNATII. Hac de causa postridieb Exercitorum tibi lecticanda est hoc Instructio, multa in pauca redigens, non sine delectu. Exemplum præbet, insignis ille Religiosarum Familiarum experientissimus &

R. G. (Pa-

Parens, & Magister, S. Ephraem Syrus. Hic igitur Monachis, cæteroquin apprim instructis a peculiaribus suis Legibus ad sanctissime vivendum, non unam Instructionem de Ratione sanctissime vivendi in Monasteriis scripsit. Duas tantum memorabo. Altera dicitur XC. minusculis capitibus, veluti totidem Decretis vel generalibus, vel peculiaribus; inscribiturque: *De recta vivendi ratione.*
 (a) Altera continet quinquaginta Sermones Paraceticos ad Monachos Egypti; (b) quæ totidem sunt decreta ad sanctè vivendum, licet longiuscula. Nostra autem hæc Instructione iuxta Appendiculæ bipartita erit. Prima pars exhibebit generalia quædam Monita, nulli addicta temporis. Pars altera erit de Monitis, quæ certis, definitisque temporibus conclusa sunt.

PARS

(a) Extract. Op. edit. Roma. Graecolas. A. 1743. p. 56. — 72.

(b) Ib. p. 72. — 186.

P A R S . I.

MONITA GENERALIA

C A P U T I.

*Decreta
inſtr̄ Regulae totius Vitæ.*

I.

Usque fluunt universa : citò
avolant: una E T E R N I T A S
stat.

II.

Deus , Ego , Munus meum Soli
in mundo sumus: præterea
nihil .

C A P U T II.

*Decreta Peculiaria
babenda semper ad manus.*

I.

Alienum Amorem, & Amicitias,
peculiari præsertim adhæsu ,
ne-

neque affectes, neque cures; immo;
 & fastidias, & abhorreas. Id gene-
 ris Familiaritates sacrilegi sunt fu-
 runculi. Omnia, quæ apud nos
 sunt, vel ipsimet eos, toti Dei su-
 mus. Unus tibi amicus, Deus.
 S. Augustinus: (a) *Venenum Caris-
 tatis*, ait, *est cupiditas.... perfectio
 nulla cupiditas.* S. Thomas, referens
 hunc locum, subdit: (b) *Et talis
 perfectio potest in hac vita haberis.*

¶.

Muliercularum (quo nomine
 vel Matronas appello) Ho-
 stis sis. Nullam de facie noscas,
 nullam invisas citra necessitatem.
 De nulla loquaris, de nulla rumi-
 sculos (quos quidam fortasse ve-
 nantur) audias, quo ad ejus fieri
 potest. Famosus quidam Hæreti-
 cus, atque adeò capitalis Societa-
 tis inimicus, rimatus mores Socio-
 rum

(a) L. 83. Q. q. 36.

(b) 2. 2. q. 184. a. 2. C.

rum in Hispania: (a) Helleius fas-
tis, inquit, Si dedili Orationis sum, &
a Mulieribus carent, perseveratu-
ros, ne dubita.

III.

Tem met aliis, quoad potes; obli-
conde; tuas virtutes dissimulando. Ubi tamen res postuleret,
pro virtute tua, & agorizare;
eius partes, districto quasi gladio,
tuere. Item pronostratum Legum
custodia ad laborans Nobis Bradis in
in loco sexcentas uice angelis no-
xas, & a Societate ipsa; ut praet-
teream, que te proprieas man-
bit iste Calo intercessu ubilis modi
jesuitarum videtur mithis super Iesu pect-
sona oddum tasse visum illud Apo-
cal. 19. 19. 10. Et ecce Cultus
opertum, & ecce equus albus, & qd;
qui sedebat super eum, vocatur:
Fidelis, & Verax, & dum iusti-
tia iudicat, & pinguis. Quidam or-
tem

(a) Sacch. p. 2. l. 2. n. 128.

sem ejus, sicut flamma ignis, & in
capite ejus diademata multa.

IV.

MUltorum sempiterna Salus,
nostrique Ordinis estimatio
& nostræ vel Religione, vel Do-
ctrina pendet maximopere. Cura,
ut Societas nostra deliciolum sit
tuum. Ejus famæ consule. Per te
penes. Homines exterbas ejus glo-
ria maximus honorat, campus.
Alexander Magna contrahit onibus
sois, & permatum sociis (a) Mibi
maximus, ajebat, laborum, atque ope-
rum meritorum erit fructus, si Olym-
pios Maistris immortaliter consecra-
tur. Quisque Hieronimo Ordinis no-
stræ, vel inter Montakes laboran-
tium, vel inter Superos regnantium,
eadem mihi inclamat; adjecta spe
premii, verbis Ecclesiastici inicio
cap. 3: *Sicut, qui tbesaurizas, id
qui honorificas Magnum suum.*

Ma-

(a) *Curius I. p. n. 21.*

Mater nostra est Societas : at qualis , & quanta est Mater !

Præter ea , quæ ad rem hanç externorum Hominum , eorumque gravissimorum , superiùs retulimus , elogia , quatuor alia placet addere , illis fortasse sublimiora ; duo Catholicorum Hominum , & totidem Hæreticorum ; ut quanta , & qualis sit Mater nostra magis magisque Filiis innotescat suis . Henricus Spondanus , Appamiarum Episcopus , vir celebris , ad A. Christi 1539. n. 9. *Quam cladem (a Lutherianis , & Calvinianis illatam) reparavit , ait , Deus hoc eodem anno , institutione florentissimæ Societatis , quæ terrori esset Inferno , consolationi Orbi , directioni animis , fulcimento Fidei , firmamento Ecclesiæ Panegyrim non agimus . Nota sunt ejus opera , labores , solicitudines , studia . Ex fructibus ejus , juxta Magistri verbum , cognoscere licet , quantum M undo emolumen tum attulerit in conversione Gentium , instructione Populorum , ex-*

tir-

*tirpatione vitiorum , confusione Hæ-
resum . De Clemente VIII. hæc te-
statur eximus Suarez (a) : Clemens
VIII. benignè , alloquens Patres , qui
ex universa Societate Romæ congre-
gati fuerant a. 1600. Societatem
Brachium dextrum Sedis Aposto-
licæ appellare dignatus est . Id
quod consonat cum eo , quod Os-
satus , Purpuratus omni exceptio-
ne major , narrat (b) sibi de Jesui-
tis Clementem VIII. dixisse : *Hos
Patres muliū contulisse ad conser-
vationem Religionis Catholicæ : &
ubique fuere , ibi cultum Di-
vinum integrum permanuisse . Qua-
re , cùm ejusmodi Ordines Religio-
nis fulcra sint , & columnæ , fieri
non posse , quin Sancta Sedes eorum
membra in defensionem , tutelamque
accipiat .**

Ve-

(a) T. 4^o de Rel. tr. 10. l. 1.
c. 7. n. 5.

(b) L. I. ep. 8. ad Villere-
gium .

Venio ad elogia , concinnata
 ab Hæreticis , capitalibus cætero-
 quin Jesuitarum hostibus . Baco
 de Verulamio (a) : *Nuper etiam* ,
 ait , *intueri licet Jesuitas* (qui par-
 tim studio proprio , partim ex amu-
 latione adversariorum Literis stren-
 uè incubauerunt) *quantam subsidit* ,
viriumque Romanae Sedi reparandæ ,
& stabilendæ attulerint . Et alibi:
 (b) *Consule* . inquit , *Scholas Je-*
suitarum . *Nihil enim* , *quod in a sum*
venit , *bis melius* . Alterum ab hæ-
 retico homine elogium prosectorum
 extat apud Joannem Scientiæ ,
 Middelburgensem Episcopum , qui
 ad A. 1587. hæc scribit : *Vidi* ,
legi epistolam , *qua ante annos 40.*
(tunc Societas nondum comple-
rat secundum Iustrum) *Sixtus Be-*
tulijs scripsit : *Germaniam sibi plus*
 ab

(a) *Tract. de Dign.* , *Op. Aug.*
Scient. l. 1. , edit. Francof. a. 1665.
col. 26.

(b) *Eodem Tract. l. 7. c. 4. col.*
183.

*ab his Patribus (Jesuitis), quādā a
Cæsarīs gladio metuere. Nimirū
Sermo Dei (quo Jesuitæ in Ger-
mania hæreticos utebantur) pene-
trabilior erat omni gladio ancipiti
(a). Cùm autem tantam hanc Lau-
dum, & Virtutum hæreditatem
a Majoribus nostris acceperimus,
curemus, ne tam dives patrimo-
nium pravis moribus, vel pigri-
tiâ dilapidemus. Immo verò agamus
(dicam cum Seneca ad Lucilium)
bonum Patrem-familias. Faciamus
ampliora, quæ accepimus. Major
*ista hæreditas. ad posteros transeat.**

V.

JEsuita suis studens commodis,
vel languidus in officiis pietati-
cis, morietur sanè minùs tranquil-
lè, & ante Iesum Judicem, Duceat
olim suum, extrema patietur. Ut
vidimus in Medit. V. Hebr. I; ubi
dixerimus de Horrore Mortis respe-
ctu Umbratilis Jesuitæ.

L.

(a) *Ad Hebr. 4. 12.*

Literarum Studium ne putes, rem
esse tantum jucundam ad fal-
lendum tempus ; immo verò ne-
cessarium tibi est , quam quod ma-
xime , multis partibus . Celebre
erat P. Petri Fabri effatum : *Ingens*
ardor ad Studia literarum plerumque
esse solet frænum deliciis . Auctor
tibi etiam sum ; ut legas solidam
Distinctionem XXXVII. in prima
Decreti parte , ubi disces , quam
dedeceat Sacerdotem , severioribus
*neglectis studiis , in inutili amaz-
nitate , & (quod deterius est) no-*
xia , tempus terere ! Ubi etiam
nvenies , & quando , & quomodo
profana studia Religioso viro usui
esse possint .

Quoniam Studia nostra sancta .
sunt , sanctè tractanda , & ob-
ectum finem , ad quem ea dirigas ,
& ob diligentiam , qua eadem per-
agas ,

agas. De P. Carolo Romano, qui
inter potissima meæ Siciliensis Pro-
vinciæ lumina numeratur, legimus:
(a) Quum sacræ Theologiæ daret
operam, quas a Doctoribus de scri-
pto excepérat, divinorum mysterio-
rum commentationes, privato studio
de gesu percurrebat. Tantùm ab-
erat, ut molli brachio ea tracta-
ret studia, multò minùs contemne-
ret. Ad Finaem quod attinet; P.
Petrus Fabri in quibusdam Moni-
tis ad Socios Parisienses: (b) Sanè
vobis, ait, in Domino gratulor.....
quoniam prius, quam ad literarum
studium vos tradatis, propositum
jam habetis, quod cursum studii ve-
niri, tanquam rectis lineis, dirigeret
vos, oporteat. Mitto, quæ sequun-
tur, certò aurea.

La-

(a) Aguil. p. 2. c. 4. n. 37.

(b) Orland. l. 3. n. 27.

VIII.

LAciniām epistolæ Pastoralis S. Borgiæ ad universum Ordinem huc transferam. Integra legi, præsertim a Sociis, qui literis dāct operam, deberet identidem: Nec verò, ait, (a) Scientiæ nobis sequendæ alia esse debet causa, quād ut amplitudine ejus Majestatis, sapientiāque, & bonitatē magis cognitā, inbāreamus illi amantiūs, atque inserviamus perfectiūs. Quod studium, si cui videatur arduum; exerceat id parumper cum aliquo labore: ac statim proclive deprehendet. Nam tandem, quamvis alia Mariæ sit, alia Maria vita; Sorores sunt tamen. Ita Pietatis studia, & Literarum germana sunt, quamvis interdum exercitationes babeant discrepantes.

Qui

(a) Sacch. p. 3. l. 8. n. 12.

Qui mihi sunt magno sunt animo,
mipius apti sunt ad magna
vel suscipienda, vel toleranda A.
M. D. G. Utique timendum nobis
est multis de causis; sed castus ti-
mor, & perfectus generosus est,
non abjectus, non ignavus.

Pleras Jesuitæ in Obedientia potis-
simum, & sita, & constabili-
ta sit, quæ Obedientia tamen nu-
meros habeat perfectionis suæ. Hac
de re multa diximus in cursu Exer-
citiorum; præsertim in *Industrias*
III; & pauca quædam dicam pag.

Duo sint mei Amores, vel cir-
ciùs duo sint Amoris mei cat-
dines post Deum, *Vita Communis*,
& *Salus animorum*. De utraque
in cursu Exercitiorum multa nobis
sunt dicta. Tamen quædam juvat
subdere de *Vita Communis*, ut egre-
gia

gia nova exempla novum in eam amorem excitent. De *salute animorum* necesse non est quid addere; nostra enim omnia Annalium monumenta mihi videntur. *Adiutorium Apostolorum* quasi *Continuatio*: nihil enim continent, nisi vel Christianæ Fidei propagationem, vel diras novellarum Ecclesiarum ærumnas, vel *Apostolorum Historias insigiles*, aliaque de genere eodem. Quod si hæc nos non moveant, moveant *Augustini verba*: (a) *Nolite quiescere lucrari Christo*; *quia lucrati estis a Christo*.

Redeo ad *Vitam Communem*: adeò in eam afficiebantur Majores nostri; ut nihil supra. Neque excellencia doctrinæ, aut natalium, neque ætas ingravescens, aut acerbitas dolorum; multò minus privata alia Dei dona, ab ea quid detrahebant. P. Jacobus Ledesma,

Pars II. S vir.

(a) *Tract. 10. in Joann. n. 9. p. 2. l. 3. edit. Maur.*

vir doctissimus, (a) ne extremo
quidem tempore, cum jam senecta,
et languor urgerent, adduci potuit,
ut exors Communis severitatis ulla
re fieret. Franciscus Cajetanus, Ju-
venis nobilissimus, solitus omni
senore a Moderatoribus, dum in
Mamertino Tirocinio moratur, in-
staurandæ profligatæ valetudinis
causâ, (b) deflassatus, atque ambe-
lans, rebus omnibus aderat. P. Ber-
nardus Crescenzius, (c) quasi pa-
rum esset, maximis in tormentis
quam diutissimè vivere, ad supre-
num usque vitæ mensem Commu-
ni mensa nunquam abstinuit; singu-
larem cibam nunquam admisit; con-
saeta jejunia nunquam intermisit;
disciplinæ consuetudinem rebus omni-
bus retinuit; Societatis officia cumu-
latissimè præsticit; rogatusque, qua
ratione id fieri denique posset? di-
Eticabat: non alia re dolorum suorum
leni-

(a) Sacch. p. 4. l. 3. n. 23.

(b) Aguil. p. 1. c. 15. n. 8.

(c) Aguil. p. 2. c. 7. n. 18.

leniri acerbitatem , quam affiducate
laborum . P. Vincentii Pompejani
(a) virtutum nobilissima fuit , & be-
roicis digna temporibus , Patientia .
Nam majorem in modum calculo-
sus , triennium stranguriā cruciatus
est ; neque in doloribus planè acer-
rimis aut gemitura edidit , aut a
domestica viclūs consuetudine defle-
xit , aut disciplinæ officia intermisit .

XII.

Contentus ne sis ea tantum
præstare , quæ tibi ex mune-
re præstanta sunt , sed iis etiam
vaces officiis , ad quæ minime obli-
garis : quæ Supererogationis Opera
dici solent . S. Thomas (b) expli-
cans illa verba : Ut perfectus sit
Homo Dei ad omne opus bonum
instructus , hæc colligit : Tunc ergo
Homo est perfectus , quando est

S 2 pa-

(a) Aguil. p. 2. c. 7. n. 34.

(b) Excrema leet. 3. in c. 3. ep. 2.
ad Tim.

*paratus . . . non solum ad ea , quæ
sunt de necessitate salutis , sed etiam
ad ea , quæ sunt supererogationis .
Quod si te merces movet : S. Hiero-
nimus (a) : Majoris est mercedis ,
ait , quod non cogitur , & offerteur .
Si movet exemplum : David , ait ,
Chrysostomus (b) , non existimabat
sufficere ad virtutem , nisi etiam jussa
longo intervallo superaret . Si mo-
vet denique auctoritas S. P. IGNA-
TII , quemadmodum movere de-
bet , ipse hoc idem innuit in Exer-
citiis ; ubi nempe de Regulis cum
Orthodoxa Ecclesia verè sentiendi ,
Reg. 5. nobis auctor est , ut com-
probemus Supererogationis Opera .*

XIII.

UNUS tibi sit Protector Deus .
S. Optatus Milevitanus : (c)

De

(a) Ep. 18. ad Eustoch. cl. 2. p.
2. 8. 4. edit. Maur. Paris. p. 36.

(b) In ps. 7. n. 4. t. 5. Maur. edit.

(c) L. 1. contra Parmen. t. 4. Bi-
bl. P. P. 8. 4. edit. Lugd. A. 1677.

De se secura *Virtus* , ait , for inse-
c̄es non querit auxilia . . . Inertis ,
et imbecillis est , auxilia comparare.
Lege Paradoxum secundum Cice-
ronis inscriptum : *Se ipsa conten-
tam esse Virtutem ad bene vivendum.*
Cur non hæc judicabit Jesuita ,
quæ vel Stoicus judicat ? Addo
egregium ad rem S. Chrysostomi
locum (a) : *Vitium enim , et si se-
cum babeat universum Orbem terra-
rum , est omnium maxime imbecil-
lum ; Virtus autem , et si sola sit ,
est omnium potentissima.*

XIV.

Sanctus P. IGNATIUS (qui tibi
in amoribus sit , omnibus par-
tibus) monet , ut in Societate
unam ames , colasque Virtutem .
Rem narrat Juvencius . (b) Paucis
ea sic se habet : S. Pater offert se se
in quiete videndum Jacobo Tyrio e-

S 3

So-

(a) In ps. 7. n. 2. t. 5. edit. Maur.

(b) L. 24. Hist. n. 33.

Societate , Philosophia tunc danti operam , eumque objurgat : quod non perinde in studium pietatis , atque literarum incumberet . Primas in Homine Societas partes Virtutis esse oportere . Hac objurgatione tantum profecit Tyrius , quantum ejus eximia Virtus postea declaravit . Senes autem Jesuitæ audiant S. Hieronymum , ad Nepotianum hæc scribentem : (a) *Plato octogesimo primo anno scribens , mortuus est . Et Socrates nouaginta , & novem annos in docendi , scribendique labore complevit .*

XV.

Multitudinem ne sequaris , riti tu pecudum : Grex Christi pusillus est , præsertim Apostolorum . Mira sectatorum perfectæ virtutis paucitas esse solet . Propterea monebat Deus hæc Hebrao populo : (b) *Non sequeris turbam ad faciendum malum : nec in iudicio*

(a) *Cf. 3. ep. 34. apud Msur.*

(b) *Ex. 23. 2.*

415

cio plurimorum acquiesces sententiæ,
ut a vero devies. Joannes Picus
Mirandulanus scribens de Comæ-
diis ad Nepotem suum: *Non quod
multi agunt, inquit, attende; sed
quid agendum: neque enim aut mi-
nor erit tua gloria, si felix eris cum
paucis; aut levior pœna, si mifer
eris, cum multis: Et Seneca de
Vita Beata c. i. Sonabimur, ait,
si modò separemur a catu.*

XVI.

Sæpe, cùm poteris, Tirocinium
adeas, & ea loca, in quibus
te excollisti Exercitijs. Loca hæc
tibi sint instar Regiæ Davidis, si
fortè ipse ex parte evaseris Absa-
loni similis. David igitur fugiens,
Absoloni rebelli Regiam reliquit.
Longo enim tempore, ut advergit
S. Chrysostomus (a) eum dimisit; ut
rediret ad pœnitentiam; & Regiam

S 4

1e-

(a) In pf. 7. m. 13. t. 3. edit.

Maur.

senendam dedit ; ut cum videret do-
mum , in qua creverat , & educa-
tus fuerat , & Patris signa , ad pa-
nitentiam veniret . Si enim non
fuissest immanis Bestia , nec cor ba-
buissest lapideum , omnia illa sufficie-
bant ad illum reducendum : mensa ,
cujus cum Patre erat particeps ; do-
mus , sedilia , ubi verba eum re-
conciliaverunt , cum tolem cædem pa-
trâsset . Cùm his erant etiam alia , qua
ad eum emollendum sufficiebant &c.

Ad Absalonem quod attinet ;
ejus vitio factum est ; ut illa
non sufficerint re ipsa . Similes
autem infortunium nobis non
sanè contingat , sed viis illis ædi-
bus Sanctitatis : quæ aedes , dic-
mus nos profectò cum Plautino il-
lo Ergasilo , (a) lamentariæ mibi
sunt : quas quotiescumque conspicio ,
leo . Quod si fortè illæ nos non
movebunt , si ignem non exfusci-
tabunt , si lacrimas non expro-
ment ; certè contra nos clamabunt .

Præ-

(a) Cap. Act. I. Sc. I.

Præterea Magister ille morum , qui nos olim ad virtutem , ad sanctitatem informavit in illis ædibus , nos accusabit , nos condemnabit . S. Chrysostomus advertens , Absalonem a Joabo confossum ; cuius operâ olim & vitam , & veniam a Patre Davide impetraverat , exclamat : (a) *Quod est admirabilius , qui Patrem ei reconciliavit , is ipsum interfecit , propemodum instans vehemens accusator : sed is quidem eum occidit ; Deus autem tulit sententiam .*

XVII.

Compendiaria ad perfectam Virtutem via sita est in eaturum rerum exercitatione , qua ob suam ipsarum arduitatem , *Heroicas Opera* dici consuevere . Hæc autem opera ferunt secum vel Heroicam in tolerandis adversis pa-

S 5 tien-

(a) *In ps. 7. n. 14. t. 5. Op. Edit. Maur.*

cientiam; hinc S. Augustinus (*a*): *Martyres*, ait, *nostri Heroes nuncuparentur*, si usus ecclesiastici sermonis admitteret; vel heroicam in agendis arduis magnanimitatem. Duo afferam exempla, quæ magnitudine præmii ostendent quanti Deo cordi sint hæc facinora.

Blasius Guieres (*b*) *Valeudinarii præfetus*.... cum ob intollerabilem fætorem collegæ abborrereat ab uno e nostris, apostolbemate defecato, quim sibi faciens, applicato ore, fluidam saniem largissime suxit; prompto heroicæ facinoris præmio: nam Sociis, factum admirans, affirmavit, liquorem illum melle dulciorem sibi visum fuisse. Is ideo, præteriti facinoris dulcore iuescatus, ex putrida domestici *Eubiapis* carcinomate, tentatis alii frustre remediis pus labris expressit. Bal-

ta-

(*a*) *L. 10. de Civ. c. 21.*

(*b*) *Del Testo Hist. Parag. I. 6.*

tasar Pliegos, veteranus Socius (a),
 cum in Sacello Domestico sacris ope-
 rans, Eucaristiam Indo homini pro
 Viatico ministrasse, & hostiam nau-
 seabundus æger adhuc integrum cum
 stomachi sordibus rejecisset, occasio-
 nem egregii facinoris ultræ invadens,
 Deo ut erat plenus, rejectum cum
 gomica Corpus Christi sine naufragio
 sorbit: præsentis e Cœlo mercede;
 nam exinde factum: ut divina li-
 bans, cælestibus deliciis exundaret,
 & eximiæ Verbi Divini. Præconis
 fama apud Hispanos æquè, ac In-
 dos grandi fructu inctaresceret. Isteius-
 modi autem heroica facta præser-
 tim cordi nobis esse debent, ubi
 ea animarum Salus postulet. Enim
 verò idem del Techo (b): *Ubi ani-
 marum, ait, estimatio Herorum avi-
 mos semel pervasit, dici vix potest,
 quanta magnanimitate ab iis sper-
 nantur pericula corporis, deliciae par-
 us penduntur;* adeoque vita ipsa

(a) Ib. c. 2.

(b) Idem L. 3. c. 9.

contemnatur. Sed præ ceteris domesticis exemplis memoratu dignum hoc loco est, quod narrat Juvencius (a) de P. Petro Fonseca sic:
Talem, ac tantum olim fore P. Fonsecam conjicere licuit ex uno ejusdem, adhuc adolescentis, facte, cujas merces fortasse fuerit consequentis vita virtus, & gloria. Sic enim accepimus, multorum saepe virtatem Sanctorum, unius alicujas facinoris præclarì nixam radicibus, ad extimæ perfectionis fastigium se extulisse. Ibat cum Ignatio Arebedio, doctrinam Christianam vicino in pago traditurus: incidentur in hominem lepris, ulceribus, Fordibus cooperatum. Manus, pedesque magnam partem purulenta scabies exederat: albicans faedè cutis sanie, & cruento manabat. Consistunt ad aspectum vivi cadaveris, & lati occasione divinitus oblata exercendæ caritatis, ac patientiae, in proximam casam deportant putridum pondus; tabum

ac

(a) L. 24. §. XXXV. n. 54.

ac fæces, in quibus volutabatur, abstergunt; collocant in lectulo; emendata ostiatim stipe dicant, cibis in os ingestis blandè pascunt; mercedis loco accipiunt ab eodem mucidi panis frusta uncta sanie, ac strumosi oris fætente spuma; quorum partem ipsi sumpfere, partem quam Sociis, qui ad opus Evangelicam in eundem pagum interim convenerant, divisorunt. Hic primus veluti gradus Ponsecæ fuit ad perfectam, & numeris omnibus absolutam virtutem.

Quoniam autem nihil est magis Heroicum, quam iram, & manum continere a lucroſa viudicta graphicam heroici hac in re operis picturam veluti repræsentare placet; ut inde discas, quid tibi agendum in loco sit. Igitur S. Optatus Milevitanus, considerans Davidem in procinctu, ut Saulem in spelunca conficiat: (a) *Vel cum Deo ju-*

(a) L. 2. contra Parmen. t. 4.
Bibl. PP. edit. Lugd. a. 1677. p. 351.

jubente, inquit, vel eventu procus-
 cante, una eos spelunca concluderet,
 venerat in potestatem pueri David
 Saul, qui peccaverat; videtur, non
 videntis; ideo, quod a majori lumi-
 ne (ut fieri afolet) in caligine
 clausi aëris, alterum juxta se vide-
 re non posuit. Innumerabiles anti-
 quum Regem sequentur Exerci-
 tus. Sed ipse Rex in potestatem ve-
 nerat alienam. Occisionem victoriae
 David habebat in manibus: incau-
 cium, & securum adversarios sine
 labore paterat jugulare: & sine san-
 guine, & confictu multorum, paterat
 bellum mutare in cedem. Et pueri ejus,
 & occasio suadebant. Ad victoriam op-
 portunitas horribatur. Stringere jam
 cooperat ferrum: ire jam cooperat arma-
 ta manus hostiles in jugulos. Sed ob-
 stabat plena divinarum memoriarum
 mandatorum: horribus fe pueris,
 & occasionibus contradicit, tanquam
 & hoc diceret: Sine causa me Vi-
 ctoria provocas, frustra me Occasio
 in triumphos invitatis. Volebam bo-
 stem vincere; sed prius est divisa
 præ-

præcepta servare. Non, inquit, mittam manus in Unctum Domini. Repressit cum gladio manum; & dum timuit oleum, servavit inimicum. Fortasse huic Modestia & sanctitas mortalis Davidis, & salus Davidis immortalis attigata a Dei Providentia fuerat. Illud autem nos in hoc proposito confirmet: quod pro concione dixit R. P. Mercurianus, in quadam adhortatione; nempe ad obtinendam in bono Perseverantiam inculcabit: (a) *Voluntatem liberans ardua, quæ se cuncte objiciunt, per vincendi; eamque in rem se cuncte que sua impendendi.*

XVIII.

Virtutum, & recte factorum Corona est, donum Perseverantiae. Ad hanc autem via est in Virtute Constantia. Quamobrem hec maximo habenda in pretio est.

Hæc

(a) *Sacrb. Hist. p. 4. l. 2. n. 4.*

Hæc tua propria virtus sit. Optimum in rebus est Permanentia: ajebat sapienter S. Thomas (*a*) Discamus & a Formica Constantiam. Ut enim narrat Aristoteles: (*b*) Formicæ eadem semitâ semper ambulant. Similiter nos, eadem semitâ, (quam arripuimus in Exercitiis) semper ambulemus . Verum exemplar aptius ad imitationem proponam, P. Aloysium Alvarez, de quo magnum hoc extat apud Sacchinum, (*c*) paucis licet conceptum , elongatum: Consentaneum initis totum habuit vitæ cursum , & finem . Ad hanc imitationem te confirmant verba Senecæ : (*d*) Præter Sapientem unum unum agit: cæteri multiformes sumus..... Mutamus subinde personam , & contrariam ei sumimas, quam exuimus. Hoc ergo a te exige, ut qualem insticheris praestare te, tam


(a) Lett. 13. in l. 2. de Cælo.

(b) L. 9. Hist. Anim. c. 38.

(c) T. 1. p. 5. l. 10. n. 154.

(d) Ep. 120. ad Luc.

lem usque ad exitum servet. Addo
egregiam Inconstantiae imaginem,
a S. Bernardo exaratain ; (a) ut
ejus etiam horrore erga Constantia-
niam afficiaris : Non paucos , ait ,
frequenter experimur , qui una vix
borā in una voluntate durantes , aurā
levitatis impulsi , vagi , & instabi-
les , bac , & illac , velut ebrii , nu-
tant ; mutantque pro experimento ju-
dicum ; immo sive judicio fluctuan-
tes , tot de se consilia præsumunt ,
quot loca revisunt : semper , quod
non habent , cupientes , & quod ha-
bent , fastidientes . Quæ pestis Sa-
pientiæ est , & Sanctitatis .



PARS

(a) *De Præc., & Disp.c. 16. n. 45.*
2. 2. Edit. Maur.

P A R S I I.

*Monita Peculiaria
certis, definitisque temporibus.*

C A P U T I.

*Monita
in singulor Dicē.*

I.

OMnes res tuas perinde agas,
ac si extreme essent. Denique iam confessas examines.

II.

UTrumque proprium Ordinis
nostri Examen vel Peculiare,
vel Generale ex sedulitate pera-
gendum est, qua a ferventi Tiro-
ne peragi solet.

Se-

Sepcies saltem Christum, in sacro tabernaculo latitantem, quotidie invisas. De Francisco Cajetano Juvenclus scribit: (a) *Sacrosanctā Hostiā*, tanquam ejusdem amoris pabulo certissimo, utebatur: *banc visebat, adorabatque frequens;* neque obiter, & aliud agens; sed meditatae, ac fedulū. Eodem Juvencio teste, (b) R. P. Claudius Aquaviva *Divinum Sacramentum singulis horis brevi precatione venerabatur, gratias agens, & simul aliquid beneficii postulans.* P. Antonius Cardenas, apud eundem Juvencium (c), in *Sanctissimi Sacramenti conspectu*, quoties otii quidpiam negotia indulgerent, solebat habitare. Hinc hauriebat dicendi vim admirabilem, qua cuncta convellebat. P. Bartholomaeus Isla, quantum licebat,

ut

(a) L. 24. 2. 60.

(b) L. 25. n. 39.

(c) L. 25. n. 47.

ut narrat Sacchinius (a), plurimam perseverabat genibus flexis ante Divinissimum Sacramentum; idque cum primum lectulo surrexerat, quotidie invisebas.

Materiem septem saltem venerationibus sufficiet, quod idem Sacchinius (b) refert de S. Francisco Borgia: *Septem Christi sanguinis effusiones diebus singulis septies venerabatur; primam in Circumcisione, alteram in Horo, tertiam in Flagellis, quartam e Spinis, quintam e Plagis exulceratis, dum expoliatur ad Crucem, sextam e Clavis, postremam e lancea.* Sic autem venerabatur, ut gratias de iis agens, donum aliquod per easdem peteret cum fibi, cum aliis. At potissimum id esset optandum, ut de nobis scribi aliquando posset, quod Aguilera scribit de P. Sancio Okioja: (c) *Quidquid spatis ob externis labo.*

(a) *P. 4. l. 4. n. 158.*

(b) *P. 3. l. 8. n. 146.*

(c) *P. l.c. 7. n. 1.*

boribus redimere poterat, id omne
in sacris ante divinam Eucharistiam
precibus de genu ponebat. Itaque
huic vacante religioni morbus op-
preffit; Deo supplicantem mors occi-
pavit.

IV.

Succedant Christo MARIA, IGNATIUS, Cælites reliqui. Imitandum propono in dies singulos P. Bartholomæum Islam, de quo Sacchinius hæc scripta reliquit: (a) Sanctissimæ Cæli Reginæ, Beatorumque omnium observantissimus; Sanctum etiam IGNATIVM; Societatis Parentem, summo colebat studio: ad eum magnâ fiduciâ in quovis usu confugiens, præsens patrocinium semper se expertum contestans. Habebat in cubiculo Sancti Patris effigiem; & ante eam per diu nixus genibus perstiebas.

Ubi

(a) P. 4. l. 4. n. 161.

Ubi signa Obedientiæ , vel vo-
ces , vel imperia aliquò te-
avocant , eò advoles , ne pundi
quidem temporis interposito . Hoc
sanè indicium est , nos obedire
Christo , non homini . Idem P. Bar-
tholomæus Isla l. c. n. 163 . in Mo-
deratore ita : *Christi Domini perso-
nam agnoscet ; ut etiam suum
Christum appellaret . Signa autem
ejusmodi lingua coērceant , ne-
cessit , non rironibus modò , sed vete-
ranis etiam ; & Parens esse solet
pietatis .*

Preces vocales quotidianæ nec
multæ sint , & succi plenæ , ut
ajunt , ac sanguinis ; scilicet dulci
quodam pieratis sensu recitentur , ac
veluti regustentur , quibus etiam ani-
mus quasi saginetur . Preces ante , &
post prandium , ac cœnam exacte me-
moriz - mandentur . S. Hieronymus

eadem commendabat Eustochio; (a)
Nec cibi sumantur, nisi oratione præmissa : nec recedatur a mensa , nisi referatur Creatori gratia .

VII.

Quoniam Deus odio habet rapinam in Holocausto , caveas, ne quid limes , ne quid mutiles , ne quid sufficeris, ne quid suppiles ex quotidiano pensu Meditationis , Examinum , Lectionis , Precum , aliorumque recte Factorum . His plena , vivenda tibi vita est , sed viâ & ratione prudenti , atque constanti peracta . Propterea tibi magno erit usui Diarium P. Antonii Natalis inscriptum : de Cœlesti Conversatione , a Religioso Viro insti-tuenda .

VIII.

Pius Liber ex arbitrio Moderatoris animi tui seligatur ; lega-

(a) *Apud Maur. p. 2. t. 4. ep. 18.
 cl. 2. p. 46. edit. Paris.*

gaturque instar meditationis ex Direct. c. 3. n. 4. Fractuosus sit, curiosus non item. Relegas, ac regustes quatuor e nostris Regulis, totidem e tuis Promissis, scripto exceptis, quorum reus es Deo: denique geminum caput ex Aureo Kempis Libello alterum fortuitum, alterum contingenti serie deinceps evolvendum; seu secundum seriem Capitum.

IX.

Alterum monendum de primo cuiuslibet diei punto, alterum de ultimo. De primo id moneo: Ubi primùm e somno, primo manè, excitaris, & primas voculas, & prima suspiria, & cogitationes primas Deo offer sollicitè; nec non postrema hæc omnia, inclinata jam die, immo extincta. Ceterum ultimam diei particulam maximè comitabitur lætitia; ubi eo die multa fueris passus, multa aggressus, ut Dei Gloriæ, ut Animalium saluti advigilaveris; ut cupiditates fregeris tuas.

Quod

Quod datur nobis a prandio,
 & cœna, laxamentum labo-
 rum, ni cautus sis, ni verba pen-
 sites, periculum est; ne illud pro
 cæco tibi sit scopulo.

Afflictatio corporis, & gula
 refrænatio quotidiana sit, &
 pene horas pervadat singulas.
Concupiscentia s̄aþe, vel dolore corpo-
 ris, scribit Augustinus (a), tanquam
 vapulando compescitur, vel pavescen-
 do, vel tali aliquo animi motu, non
 tamen voluntate præcipiente compri-
 mitur. Scatet Historia nostra in-
 credibilibus exemplis Martyrum,
 quos Martyres fecit odium sui ipso-
 rum. Unum, quod instar miraculi
 est, afferam. De P. Simonne Rodericio,
 moriente, hæc narrat Sacchinus:

Pars II.

T

Len-

(a) L. 2. de Pece. Mer. c. 29. ed. Maur.

(a) Lenta febris illa quidem ali-
mento, sed diuturnitate robusta, de-
bilitatos jam per se satis arcus adie-
extenuavit; ut mera nervorum,
ossiumque compages tenuis inducta-
cute viderentur. Nunquam tamen
toto illo valetudinis tempore, quod an-
num excessit, persuaderi passus est
sibi; ut voluntariæ vexationis teno-
rem, usumque pœnarum aliquā sui-
met indulgentiā temperaret, ac ne
inspirato quidem corpore, cubandi
consuetudinem diuturnam tanto con-
cursu dolorum intermiceret.

XII.

Ingrediens cubiculum, vel inde
egrediens, ad Virginis pedes
provolutus, decussatis brachiis,
officio Filii in Matrem fungaris, ut
ipsa tibi bene dicat, rogans. Mi-
ruin, quantum minusculæ Tiroci-
nii consuetudines Pietatem foreant,
revocando in memoriam aurea illa
Ti-

(a) P. 4. l. 7. n. 273.

Tiracini tempora ; quibus parva
hæc pre maximis habebantur; non
dum enim pietatis fastidium ob-
repserat , & affectata viri vetera-
ni in Virtute lassitudo . S. Hierony-
mus pene idem generatio docet fa-
ciendum in cit. ep. ad Eustochium:
*Egredientes de Hospitio armes ora-
tio ; regredientibus de platea ora-
tio occurat.*

XII.

Quoniam Jesuitarum quamplu-
res docendis alijs vacant ; &
docendi munus quotidianam poscit
industriam , hinc opere pretium pu-
tavi inter quotidianas virtutis exer-
citaciones exhibere Precem , ante-
scholam a Magistro recitandam
coram Augustissimo Sacramento ,
quain invenies apud P. Juvencum
in egregio Libello de Ratione di-
scendi , & decendi . (a) Ea est
hujusmodi : Domine Iesu , qui pro

T 2 his

(a) P. 2. c. 1. a. 1. p. 116. ed. Flor.

bis Pueris (vel Adolescentibus)
mortem acerbissimam obire non da-
bitas; qui eos impensè caros ba-
bes; qui adduci ad te pueros jussi-
sti; qui tibi fers expensum ipsi,
quod uni ex his minimis fratres, on-
te, atque obtestor, serva eos in
nomine tuo. Tui sunt, eos dedisti
mibi. Pone verba tua in ore meo;
aperi cor eorum, ut amare te, a-
timere discant. Averte faciem tuam
a peccatis meis, ne quatuor benigni-
tati per me affiratur mora; & con-
cede, ut, quam imponis mibi & juve-
tutis hujus erudiendi provinciam,
exequar prudenter, sanctè, fortiter
ad Gloriam tuam, quam unam in
eo mihi munere praestituo.

Tu vero Cæli Regina Augu-
stissima, quæ teneram banc Pubes-
citos Filiolos a Christo Primogenito tuo
tibi datos babes, monstra te esse Ma-
trem.

Vos, o Beati, Puerorum (vel
Adolescentium) tutores, & praefides,
quibus divina Bonitas, & Provi-
dencia studiosam præcipue voluit esse

com-

commendatam, aspire, obsecror, la-
bori meo, & opellam Clientis vestri
fortunate. Hactenus Juvencius: his
addere & pauca hæc alia aptum
est: Nec non & vos, Beati Cælites,
quos in patronos Pietas Puerorum
sibi legit, & tu in primis, S. ALOYSI
GONZAGA, Vaticeno Oraculo, Patrono
nobis omnibus constitute, tuere, ac
rege, qui tibi commissi sunt, & tecum
S. Stanislaus, Juventutis dulce exem-
plar. Quando verò in hoc docu-
mento actum est de docendi mu-
nere; qui e Sociis eo fungitur, ha-
beat semper ante oculos, & ad ma-
nus, quod S. Hieronymus (a) re-
fert: Græca narrat Historia, Ale-
xandrum, potentissimum Regem, Or-
bisque domitorem, & in moribus, &
in incessu Leonidis, Pedagogi sui,
non potuisse carere vitiis, quibus ad-
huc parvulus fuit infectus. Quid
simile de Magistri virtutibus dici
potest; licet facilius (quaæ nostra)

T 3 est

(a) Cl. 4. ep. 57. ad Letam t. 4.
p. 2. Op. edit. Maur.

est in milium , quam in bonorum imicandum proclivior iudeas) alieni vitii facieantur in nobis , quam virtutis exprimimus . Hinc post alterata verba ibidem S. Hieronymus hæc adverit : Proclivis est enim malorum amulatio ; & quorum distractas affequi nequeas , cito iniicias vita .

XIV.

Quæ hactenus in hoc diximus capite , spectant quotidianæ opera sigillæim ; quod subdam , eadem complectitur generatio ; hinc postremo fid' loco manuimus ; estque industria , qua utebatur P. Petrus Angelus Consul , uti narrat Sacchianus (a) his verbis : „ Professus est Everardo Generali ipse , met , valde sibi utilem expertum , eam cogitationem , quod semper ita Societatis obibat munera , ac si totam Societatem ipse fundasset . Eo studio orabat , eo de-

ni-

(a) T. I. p. 5. l. 8. n. 28.

h, nique cum proximis versabatur;
 h, & causas animarum curabat;
 h, hunc Sociis ingenerare sensum
 h, studebat; atque inde potissimum
 h, fecisse Deum existimabat, ut sibi
 h, ferme omnia recte, atque e scien-
 h, tentia evenirent.

C A P U T II.

Monita in singulas Hebdomadas

I.

COgitatio hæc salutaris Hebdomadam auspicetur: Fortasse hæc mihi erit postrema. Ergo ne gravabor, pauculos dies Animo, Eternitati consecrare, & Deo? Universam Hebdomadam sibi vindicabunt pene ex toto Mysteria Christiana Communionis, & Confessionis, singulis Hebdomadis adhibenda, cum nondum Sacerdotio iniciatus sis, exemplo S. Aloysii Gonzagæ. Hic hebdomadam totam ita partiebatur, ut dimidium præ-

T 4 pæ-

440

parationi daret; quod reliquum erat, agendis Deo gratiis impanderet (*a*). Eucharistia tamen tibi sit instar Viatici; Confessio instar ultimæ.

II.

STATA dies sit, qua animi Moderatori rationem reddas vitæ, si minus sponte, advocatus ab eodem: de qua re cum roges.

III.

SUBURBANA digressio, ut corpori est relaxationi, ita animo, pietatisque sit quasi pabulo. Tecum in Villam veniant Religio, & Bonæ Artes: nimirum tecum veniant amor solitudinis, sermo de Deo prolixior, preces extra ordinem, pii, doctique libelli, ne ulla dies sine linea effluat. Cùm tibi est otium, & opportunitas, alteri Sacro, vel ian-

(*a*) *P. Marchettus de Reb. Gest. B. Al. Gonz. l. 2. c. 4.*

terfis , vel ministres . Perpetuos iocos , ludos , otiosos conventus , ut ut innocuos , animi , mentisque dissipatio consequi solet .

IV.

Mensæ , vel Culinæ (cùm tibi statuto in orbem tempore obtigerit) serviæ , non communī quodam officio , & pharisaico , sed perfecto , sed summo . Ex animo , & studiosè serviendum Deo est , Deique Servis .

V.

Singulis Dominicis diebus reculas , quibus uteris , explores , ne qua earum superfluat ; verè ajente Climaco : *Monachus nudus est socius Mundi Dominus* .

VI.

Cùm poteris , Nosocomium invisas , & Pauperum Contubernium , ubi extat . Congregati

tioni Pauperum affubilem te facio.
His paucis verbis Ecclesiasticus c.4
 præscribit modum hujus visitatio-
 nis. Invisas etiam Christum , in
 altaris Solio collocatum ; & cele-
 berrima pietatis loca , vel Imag-
 ines ad foveandam , & in Deum , &
 in Proximum caricatam : at meno,
 ut vites Solemnitates quasdam , ef-
 fusa multitudine famolas .

VII.

Post actas Christo pro Divino
 epulo gratias, rectâ petas Coa-
 clave , lectorus saltem ad semihe-
 ram piuum aliquem Librum , juxta
 ea , quæ diximus cap. i. sub num.
 VIII.

VIII.

Tempora matutina Festorum
 dietum peculiaribus religio-
 nibus traducantur ; a Sacerdotibus
 autem piacularibus exentiendis
 Confessionibus devovantur .

Sim-

IX.

Singulos hebdomadæ dies digerat, distribuasque colendis Cælitibus, & ex Ordine nostro, & peculiaribus Patronis tuis; ac mysteriis Marianæ vitæ; nec non re-colendis præcipuis, egregiisque, quibus a Deo affectus es, beneficiis.

X.

Bis in Hebdomada cubiculum verendum tibi est. Franciscus Cajetanus, ut narrat Juvencius, (a) quamvis instituti nostri regulas omnes suam servaret caræ; samen impensius aliquantò studium conferebat in minimas; quippe negligetui propriores; non suâ quidem naturâ; sed hominum vicio, quorum in minutis vulgo rebus caligat acies, ac diligentia languescit.

T 6

CA-

(a) L. 24. Hisp. Soc. m. 50.

*Monita
in singulos Menses.*

I.

EX præscripto Moderatoris Animi cui diem quolibet mensæ certum, definitumque feligas, quo ad mortem te præpares, præser-tim repetita Mortis meditatione, & examine anteacti mensis. Hoc die prospiciens proximum mensem, identidem tibi dicas: *Fortasse proximus hic mensis extremus vitæ erit meæ.*

II.

INITIO cujuslibet mensis, vide, siqua in eo occurrant Festa, peculiaris pietatis officiis perageenda, vel prævia præparatione. Nullus transfigatur mensis sine ulla ejusmodi præparatione. Nullus transfigatur mensis sine ulla ejusmodi præparationis triduo, si minùs Feriis

no-

novendialibus , quæ festum aliquem diem præcedant .

III.

HAUD vulgari cultu prosequaris , qui tibi obtigit menstrua sortitione , e Superiorum choro , Patronum . Nihil addam singillatim de hoc cultu : sua quemque pietas instituet . Idem dicas de Patrono totius Anni .

C A P U T IV.

*Monita
in singulos Annos .*

I.

QUONIAM Deus *Alpha* est , & *Omega* ; *Principium* , & *Finess* ; ipse auspicetur Annum , Ipse eundem concludat ; ne caput Annum habeat aureum , pedes luteos . Nimirum primus , & postremus anni dies exquisitis celebretur religionibus . *Ego* , ait ipse Dominus ,
pri-

(a) *primus*, & ego novissimus. Quare Nazianzenus cecinit :

Principium tibi sit; tibi finiat omnia Christus.

De utraque hac solemnitate legas P. Natali in *Diario* (b). Item anniversariis officiis celebrabis diem, quo Christo nomen dedisti in salutari Christiano lavacro, & diem, quo id iterum præstitisti, amplectendo Societatem; dies denique, quibus eidem Sacramentum dixisti, & simplex & solenne, nuncupatis Votis. Ritum hos quatuor militares dies, & triumphales sanctissime obeundi exhibet P. Natali loco proxime citato, capitibus 32., & 33.

II.

QUOTANNIS apud nos in more possum est, ut exacto studio

(a) *I. 44. 5.*

(b) *P. 2. c. 31., & 40.*

diorum cariculo, amena, ac religiosa rusticatione & vires instantentur; & animi contentio relaxetur. Utrumque hunc finem serib species, dum rusticaberis. Adde, quæ monicauit superius cap. 2. sub n. III. Seneca (a): *Indulgedum est animo*: ait, *dandumque subiude etiam, quod alimenti, ac virium loco sit*: & *in ambulationibus apertis vagandum*; ut *cgle libero, & multo spiritu augeat, at collatque se Animus*: Et ibideum paullo superius dixerat: *Danda est remissio animis. Meliores, ac rioresque requiescunt surgentes.* At ibideum etiam, sed ad rem moltram aptè: *Multum interesset, ait, remittas aliquid, an salvias.* Ex Tullius initio l. 3. de Officiis celebrat P. Scipionem Africanum rusticantem, rusticatione digna viro sapiente; & addit: *Itaque dueros, quæ longorem affructi ceteros, aliius accusabant, Osius, & Solitudo. Vellem & nobis hoc idem verè dicere licet.*

Multò

(a) *De Tranquill. Animic.* 15.

Multò magis nobis Jesuitis. Propteræa necesse est in primis, ut nobiscum rusticetur Sanctitas. Suspicere Majores nostros, ad confusione saltem. *Neapolitanum, & Mamerinum Collegia*, ait Sacchinus, *(a) ferias autumnales ex aſſe totas duos fere menses in tirocinii quandom instaurationem conculerunt: quæ ibidem describitur.*

III.

Exercitia hæc nostra ab Exercitiis coronenuntur. Quæ scripsimus, Exercitia perfecta jam sunt. Pro coronide sit monitum de ipsis Exercitiis peragendis in singulos annos. Hic Secessus omnes sibi vindicet curas; utpote qui ejus generis est, a quo pendeat tranquilla, vel turbulenta Mors; Salus propria, aliorumque; vel propria, & aliorum sempiterna ruina. *Hæ sunt feriae Domini, quas vocabitis celeberrimas;*
offe-

(a) P. 3. l. 5. n. 50. ad A. 1569.

*offeretisque in eis oblationes Domino,
holocausta, & libamenta juxta ritum
uniuersitatisque diei (a). O nos bea-
tos, si his Feriis rite utemur! O nos
sanctos, si novam vivendi rationem,
idest sanctiorem, in iis exordie-
mur!*

P. Benedictus Pererius, dispu-
tans de tempore, quo Adam, &
Eva fuerant in Paradiſo: (b) *Si mibi,*
ait, fas sit divinare; dicam, fuisse eos
in Paradiſo per octo dies.... Nam
Spatium octo dierum sufficiens fuit
experienda aliquantulum ejus statui
felicitati. Et S. Chrysostomus: (c)
Si per decem dies bene agendo per-
severes; ait, non erit diuturniore
tempore opus; sed tibi res in tuto po-
sita erit, consuetudinis optimæ firmi-
tate jam radices mittente.

Exer-

(a) *Levit. 23. 37.*

(b) *In Gen. l. 6. in c. 3. q. 2. in v.*
23. prop. 5.

(c) *Hom. 17. in Matth. n. 7. t. 7.*
Op. edit. Maur.

Exercitia ; quæ consecimus ; ipsa per se octo dies complectuntur, quibus Animus , facili negotio & rebus omnibus avocatus , quodammodo in Paradiſo sanctæ contemplationis versatur : hoc spatium sufficiens erit ad experiendam aliquantulum felicitatem statim Mortalium sanctorum . Quòd si his octo diebus alios duos addas (alterum , quo ad Exercitia obeunda præparamur , alterum , quo , exactis jam Exercitiis , proposita confirmamus) decem dies sunt , quibus si beneragendo perseveres , non erit diuturniore tempore opus ; sed tibi res in euto posita erit , consuetudinis optimæ firmitate jam radices mittente . Uno verbo ; si Exercitia obeas sanctè , ut par erit , anticipabis ex parte cælestem Beatitudinem ; & viam tibi sternes , ac munies ad constantem Sanctitatem .

C L A U S U L A;

Partie.

Prima, & Secunda.

Illud hic occurrit in loco, quo, tanquam Clauſula, utitur S. Augustinus, exactis quatuor Libris de Doctrina Christiana. Nempe: Longior erat sit Liber hic, quam volebam, quoniamque putaveram; sed legenti, vel audiensi, cui gratus est, longus non est: cui autem longus est, per partes eum legat, qui habere vult cognitionem: quem verò cognitio ejus piget, de longitudine non queratur. Ego tamen Deo nostro gratias ago, quod in his..... non qualis ego essem, cui multa defunxi; sed qualis esse debeat, qui in doctrina Christiana non solum fibi; sed etiam aliis laborare studet, (cujusmodi est Jesuita, cui hæc scripsimus) quamvis lacunæ poenitentia facilius differantur.

Tria etiam mihi in promptu essent, quibus Librum clauderem, effata.

Chry-

Chrysostomi , Salviani , Paulini .
 S. Chrysostomus (a) : Mordet , aje-
 bat , hęc verba ? Hoc ego volo ; ut
 macrorem verba pariant ; ut re ipsa
 a tanta turpitudine liberemini . Sal-
 vianus autem hęc scribebat : (b)
Fræctus non parvus erit , quod mul-
tis profutus . Sin autem id non prove-
nierit , & hoc ipsum infructuosam sal-
tēm non erit , quod prodesse tentavi .
Mens enim boni studii , ac p̄si voti ,
etiam si effectum non invenerit cępsis
operis , habet tamen præmium vo-
luntatis . Denique S. Paulinus No-
lanus in Epistola ad Romanianum ,
hęc Licentio cecinit : (c)

Hęc tibi , si recipis , feret olim pa-
gina vitam :

Si renuis , endem hęc pagina se-
ssis erit .

At

(a) Hom. 58. in Joann. n. 5. t. 8.
 edit. Maur.

(b) In Præf. Libr. de Gubera-
 Dei .

(c) Inter Augustinianas ep. 32.
 classe 2. edit. Maur. t. 2.

At quando, Patres, Fratresque amantissimi (quibus hactenus scripsi) nihil eorum cadere in vos potest , gratulabundus potius exclamabo cum S. Cypriano : (a) *Quod nos verbis conscripsimus, vos factis impletis.* Immo verò unumquemque vestrum compellans , insistensque vestrarum laudum vestigiis , verè dicere possum cum Terentiano illo Ctesiphonte : (b) *O Frater, Frater, quid ego nunc te laudem ?* *Satis certò scio, nunquam ità magnificè quidquam dicam, id Virtus quin superet tua.* Utinam hæc Virtus vestra a Deo mihi impetraret ; ut a tantis Fratribus me degenerem vita non arguat mea .

Verùm & ut aptius , & ut sanctius Lucubrationem hanc concludam ; vos omnes , qui his Exercitationibus usi estis meis , & sancto hoc faustissime functi estis secessu , com-

(a) Ep. 54. edit. Amstel. a. 1700. Joann. Felli .

(b) Adelp. Act. 2. Sc. 3.

compellare placet verbis S. Chrysostomi: (a) *Etsac igitur sciatis, non ad praesentem horam tentum fervidi sumus, & vigilantes; sed igitur quem habetis nunc, accendite; egressique foras, distribuite satrum Civitatis.* Ergo diu valete., rebus animalium gerendis strenuissimi , atque fortissimi ; ad quod mynas , quotquot in Societate Iesu vivimus, singulariter suscepi , & instituti sumus .



IN-

(a) *Or. 7. contra Iudeos x. 6,
2. 1. Edib. Mayer, Paris. p. 672.*



F I N I S.

INDEX GENERALIS

SECUNDÆ PARTIS.

H EBDOMADA II. Meditatio I. <i>De Timoris Aequilibrio, & Spei.</i>	pag. 3.
Industria IX. <i>Laxitas in Observa- tione Regularum, & Conscientia minimè timorata.</i>	41.
Meditatio II. <i>De Regno Christi.</i> 49.	
Industria X. <i>Imaginatio Infirmita- tum; adspirare ad quietem; recus- sare Ministeria.</i> 85.	
Meditatio III. <i>De duobus Vexillis, & de tribus Hominum Classi- bus.</i> 92.	
Industria XI. <i>Tentatio circa Insti- tutum, & aliquot Regulas, qua non placent.</i> 129.	
Meditatio IV. <i>De Tribus Modis Humilitatis.</i> 136.	
Industria XII. <i>Tentatio contra Su- periorem cum aversione, & dif- fidentia.</i> 175.	
H EBDOMADA III. Meditatio I. <i>De Stu- dio</i>	

<i>dio lucrandorum Animorum.</i>	182.
Industria XIII. Sæcularitas, & Au-	
llicismus, insenuans in Familiarita-	
tes, & gratiam Externorum.	215.
Meditatio II. De Christi Crucia-	
tibus.	224.
Industria XIV. Persuaacitas, & Du-	
rities Judicij cum Contentione.	251.
HEBDOMADA IV. , & Ultima. Medi-	
ditatio I. De Cælesti Gloria.	258.
Industria XV. Perturbatio Pacis, &	
Seminatio Discordiarum, & Fur-	
giorum.	296.
Meditatio II. & Ultima. De Aman-	
do Deo.	304.
Industria XVI. & Ultima. Melan-	
cholia, Scrupulositas, Pusillanimi-	
tas.	349.
CLAUSULA Industriarum.	355.
APPENDICULA I. De Ratione standi	
Promissis.	361.
APPENDICULA II. De Ratione san-	
ctissime vivendi in Societate Je-	
su.	395.
CLAUSULA Partis Prima, & Secun-	
da.	451.

INDEX

RERUM MEMORABILIA.

*Numeri indicant Paginas.**Numeri post Asteriscum * pertinent
ad Secundam Partem.*

A

Abusus rerum creatarum acer-
bè punitus. 46. sacrilegus Ser-
pentis ænei. Ib. Navis sacræ Athé-
niensium. 47. quomodo competat
Deo erga Homines? 48.

Acceptor Personarum quis? * 177.
Adamus innocens, quantus fuerit?
77. peccans, quam miser? 79.
cur gravissime castigatus? Ib.

Additiones V. Annotations.

Ægrotus Jesuita quomodo se gerat?
* 89. obedientiæ miraculis plu-
ries curatur. * 90.

Æternitas cur ineffabilis, & incom-
prehensibilis? 251. adumbratu-
camen. 254. benemerita de San-
ctitate plurium Jesuitarum. 247.,
& seqq., 268., &c seqq.

V

Am-

*Ambitio causa est tuinæ cuidam Je-
suitæ. 234., & seqq. ejus indoles,
causa, pericula, remedia. 205.,
& seqq.*

*Amici intercesser in Iaventute
expetit. 241.*

*Amor amorem misuit, & expellit.
242. servum facit amantem. 244.
quibus coercendus legibus? Ib.
qua potissimum Nota dignosci-
tur? * 340. magnus, in paucos
cadit. * 375. profanus, Deo de-
vovendus, instar Idoli. 239.*

*Amor 'Dei cur Vinculum Perfectio-
nis? * 305. summus in SS. Aloy-
sio Gonzaga, & M. Magd. de Paz-
zis. * 339. Ejus Ecstasis IV. vul-
nera. * 246. victimæ. * 337. pro-
prietates. * 286; 210.*

*Angelus cur summæ affectus pœnæ?
74. hæc similis stragibus, a Josue,
& Iehu editis. 75. Custos. V. Cu-
stos Angelus.*

*Animus quibus alendus pascuis? *
204. magnus quo signo proditur?
* 63.*

*Annotationes, & Additiones Exerci-
tio-*

cierum quanti facienda? 20.

*Apostola Societatis, dum contra eam
scribit, occiditur ex improviso.
128.*

*Apostolicus vir ne domos concurset.
* 68., & seqq., 221. Animis co-
ronatus in Cælo. 144. * 271. aliis
rantum bonus, sui Judex est. 192,
* 202. ejus Virtutes. * 61; & seqq.
& verba. * 206,*

*Ariditas Cordis quid? 60. ejus cau-
ſe. 61., & remedia. 63; & seqq.*

*Aversio a fratribus spectata in in-
dole, causis, periculis, remediis.
307., & seqq.*

*Aula pietatis inimica. * 316. fu-
mos venditæ. * 221. Jesu itæ ca-
venda. * 316. de ea domestica
exempla. * 218; & seqq.*

B

B *Abylenia mysticè quid? * 98.
Baptizatus, Fidei transfuga, a
Baptismi memorię confunditur.
189.*

*Bellum sacrum, puerili conspiratio-
ne, apparatum. 186.*

Beneficia Dei semper recolenda.

314. quandoque videntur Infor-
tunia.* 320. bona ex parte latent
Ib. cur aliquando non conferun-
tur?* 321. miserioribus lubenter
exhibentur. * 333. unde eminent
* 315., & seqq.

Bona sestantium Luciferum sa-
mera Mala. * 100; & seqq.

Boni Viri sunt soli Liberi. 288.

C

Celestes officiis peculiaribus ho-
norandi.* 444. eorum quidam
peculiariter colendi. XXX. quid
agant in Cælo?* 272; & seqq.
omnes sunt Reges. * 268. & spe-
cula Divinitatis.* 276. eorum
observantissimus P. Isla. * 439.

Candor animi eximius. 273. Con-
scientiæ. V. *Conscientia*.

Careeres pro Christo quam dulces?
* 113. Exercitiis exculti Panor-
mi. XC.

Caritas fraterna communicationem
utilitatum postulat. XXV. * 393.
quo veneno inficitur?* 398. qua-

ta

ta in Societate? 141. * 299.

*Castitas ubique pateat , præsertim
in hospitiis.* 87. *cautissima sit.* 86.
corruit, curando corpore. * 86.,
& seqq. *quanti a Jesuita facienda?*
83; 87.

Cautio quam utilis? * 15.

*Oboreas ad annum in poenam protex-
ta.* 264.

Christi occupatio in terris? 195. Pe-
des figurant Misericordiam, & Ju-
stitiam. * 25. cruciatus cur in hor-
to inceperint? * 241. & quomodo
considerandi? * 225; & seqq; 231;
247; & seqq. doloris , & igno-
minie origo * 229; & seqq; 235;
& seqq. Carnifices cur Phrene-
tici? * 243. caritas , præterim
in Cruce. Ib; & seqq. & in deside-
rio iterum patiendi pro singulis.
* 236. Regnum. V. *Regnum Christi.*

Christiani fallaces. 242. *Veterani
desides.* * 346.

*Clementia erga Peccantes suadetur
a Christo.* * 250. rebellem fletit,
93; 279. divina timorem morien-
tium abstergit. * 21.

462

Cogitatio mala Deo valde odiosa.
74; & seqq.

Communitas. V. Vita Communis.

Concupiscentia quomodo domanda?

* 433.

Confessio Generalis expressa sub computatione aquarum fluvialium.
175. semel diligenter peracta, non repetenda. * 313.

Conscientia, minime timorata, quid?
* 42. laxior, & strictior quomodo temperanda? * 30; & seqq. Confessario aperienda statim ab exercitiis exercitiis. * 384. Eadem ex toto permittenda. 278. nec non Moderatori. 273. 275. 278.

Consilia Perfectionis. V. Perfectioris Virtutis Consilia.

Consolatio ab uno exhibetur Deo. * 108; & seqq. præsertim per Crucem. * 117; & seqq.

Constantia quanti facienda? 54; 96;
* 423; & seqq. in promissis. V.
Promissa.

Consuetudo mala perniciosissima.

* 44.

Corporis afflictio nimia a Christo re-

reprehensa. * 113. mirabilis. *

433. insatiabilis. * 113. horribilis.

263.

Creatæ res scalis similes. 44. & ille-
cebræ erga Deum. 45. molestæ. *
264. instabiles. * 280. viles, etiam
et hocicis. * 284. ridiculæ. * 267. &
periculosæ. * 159. earum amor,
voti religione, interdictus. 52.

Crucifixi inscriptio. 287. imago in
oculis depicta. * 250. considera-
tio medetur mentis evagationi.
65.

Crux amaritatem in dulcedinem
vertit. * 118. ejus mirus amor. *
117. ejus horror quomodo dein-
de emendatus? * 82; & seqq.

Cupiditas insatiabilis. 310. a Jesuita
domanda. 242.

Curiositas heroico proposito vita.

164.

Castos Angelus Clientem de æterna
salute facit certiorem. * 19. timo-
rem a Jesuita moriente abstergit.
* 18.

D

Dæmonium. V. Lucifer.

Desideria irrita atrocia in carceri purgatorio. * 165. *atrocissima in tartareo.* 258.

Desperatio quid? 261. *pessimum Malum.* * 16. 22.

Deus. Centrum rerum. 38. *Cælum & corona.* * 270. *Fons Lucis, Ignis, Gaudii, Pacis.* * 274; & seqq.; 285; & seqq. *solus, semper, maltum amandus.* * 336; & seqq. *Eius amabilitatis fons.* * 326., & seqq. *Deus est tu, quidquid amamus.* * 338.

Directorium Exercitorum valde estimandum. XLVII; LXXXVIII; 280. *Eius monitum des exercitiis, sumerim perstricta.* XLVIII; & seqq.

Discordia sumpm. Malum. * 300. præsertim domesticum. 309. *Eius causa.* V. *Unio cum Deo.*

Discretio spirituum necessaria scitu. XCII; * 189. aliquot evoluta legibus. XCII. , & seqq. *Eius Leges*

a S.

a S. IGNATIO traditæ , tripartitò
divisæ. * 189. ejus aliqui tractato-
res egregii XCIV; * 189.

*Distractio mentis voluntaria acriter
punita. 62. involuntaria. V. Cru-
cifixi consideratio.*

*Docendi munus: cur cautè tractan-
dum ? * 437. respectu majorum
studiortum. V. Lectoris munus.*

*Docilitas egregia. * 256. minui solet.
in Religioso Veterano. 129.*

E

E *Lectio Statut accuratè in Exer-
citiis, & in Directorio traçta-
ta . * 52; 100. Ejus regularum
Usus . * 100.*

*Epistola de Obedientia ad vivum
expressa in P. Alvarez. 132. S. Leo-
nis contra Euthychetem divini-
tus emendata . * 180. Jesuitæ ad
Moderatorem quam cautè scri-
benda ? Ib.*

*Excharistia quomodo invisa ex-
domesticis exemplis ? * 427. , &
seqq. quomodo adhibenda ? *
439.*

*Examen Generale quorum dirigi-
tur in Exercitiis?* 72. Particula-
re accuratissimè a P. Gomio per-
actum. 310.

Excusationes quo habent fontes?
193; & seqq.

*Exempla quò recentiora, eò effica-
ciora.* LIII. mala non excusat.
197; * 415.

*Exercitia praesignata a Christi seces-
su in desertum.* XIX. a Virgine,
dum viveret, peracta. 2. lauda-
tores nocta sunt insignes, Ss. Vin-
centium a Pale, Franciscum Sa-
lefium, & Philippum Nerium.
102; 170; * 260. omnibus utilia.
X. etiam Viris Sanctis. XIX.
ad sanctitatem evexere! Ss. Bor-
romatum, Xavetium, & Terebam.
68; * 50; 1138; profunt se celestissi-
mis. XII. quanti ab externo homi-
ne facta sint? & multis similitudi-
nibus adumbrantur. CIV; CVIII;
13; & seqq; 17; 29; * 449. eo-
rum Libellas magni habendus,
& lecitandus. XXXII; LXXXVIII;
25. exemplo S. Borromæi. XXXII.

Saculum Exercitiorum cur præ-sens ætas dicitur ? XC. Loca, ubi ea peregrimus, sæpe adeun-da. * 415., & seqq. Perfectio, in *Exercitiis* parta, quomodo fo-venda? * 356; & seqq.

Exercitia respectu Jesuitarum. Exer-cititia dicuntur ; Unum, e mira-culis Societatis. LXXXV. plurimum a jesuita facienda? 8. ter quotan-nis adhibita. 155. integra sunt utissima F. Cajetano, LXXXVI. preparant ad Martyrium. * 309. de Societate Iesu benemeren-tissi-ma. 8. jesuitæ necessaria. XVII; & seqq; XXI. aliquando peric-u-losa. VI; & seqq; XV. misera so-litudine peragitur a P. Silve-riæ. 26, & seqq; His tradendis assuefcat jesuita. LXXXIX; 7.

Exercitia respectu Siciliae. Exerci-tia peraguntur coniunctim, a Pa-tribus etiam, in Panormitana Professorum Domo. C. peragun-tur in clauso ab incredibili ex-tenarum copia in sacris No-storum excursiōibus. 22. quo-

annis eodem tempore Panormi a Jesuitis viginti circiter Hominum Ordinibus traduntur. XC. Plasquam decem Exercitiorum Domicilia in Sicilia a Nostris exercitata. Ib.

Exercitiorum Methodus. Exercitia in quo digeruntur Hebdomadas? III. integra quo postulant dies? LXXIV. Integra quam utilia? LXXXVI. & quibus tradenda? LXXXV. &c seqq: de Exercitiis octodierum. LXXV; LXXVIII. de Fine primæ Hebdomadæ. LXXIV. non eadem omnibus tradenda. LXXIX; quem tandem spectent Perfectionis gradum? * 137. eorum machina admirabilis. XXIX; * 259. , 305; &c seqq. quam sollicitè peragenda? 20; 188; * 183. moderate tamen. CV. assuetudine enervantur. XXVI. exempla, quæ spectant ad Exercitia ipsa, in Exercitiis usurpantur. LIII. Exercitiorum Tractatores aliquot insignes. XXXIII; LXXI. de ratione ea tradendi. XLVII;

XLVII; & seqq; LXXVI; XCVII.
Eorum periti consulendi. LXXXII.
quid permittitur Exercitiorum
Magistro? 67. Hic cur aliquando
finem frustratur suum? LXXXVII;
& seqq.

F

Elicitas vana. 228. mala Pec-
cantis. 106; & seqq; * 101; &
seqq. Domitoris animi sui. * 353.
Ficulnes Evangelica cur securi da-
mnata? 183.

Pilii Prodigii viva imago. 301; &
seqq. oratiuncula quam perfe-
cta? 297. Parabola quomodo
inducta in Exercitia? 280.

Finis. Ultimus etiam ab Ethniciis
dicitur: *Fundamentam*. 32. mira
diuturnitate consideratus. 33.
recogitatus est utilissimus. 42,
55., & seqq; 59. certus, ac de-
finitus Ethnices latuit. 37. quo-
modo in Exercitiis consideran-
dus? 34.

Faemina, tanquam prima Mundi
ruina, recogitetur. 78. studio-
sè

sè cavenda. * 398. cantè tractan-
da. V. *Oculorum custodia*.

Porticudo Apostolica quænam, &
quanta? * 64., & seqq. respe-
ctu Jesuitz quibus uixa funda-
mentis? * 67.

G

Gloria Majorum sprobro est Je-
suitis ingloris. * 128. quomodo
paranda? * 274.

Gratus animus quot habet gradus?
* 196. quò ab eo exhibetur Deo,
hòc eradicat obligatio. * 212.

H

Hæreses qua Matre genitæ? *
254. qua Ob&ectrice editæ?
Ib. qua ratione adulæ? 126.
Heroica opere maximæ facienda. *
417., & seqq.

Heroum memoria imitationem su-
det. * 84; 347.

Historia, præsertim *domestica*, uti-
lissima. LI., & seqq; 98. Jesuiti-
ca valde estimanda. * 409. in
ea multum versatus P. Monto-
ya.

ya. LII. propriæ Historiæ facti-
dium probro est , & damno.. *

131. Historiæ rerum suarum
quam parùm soliciti Majores no-
stri? * 194.

Humilitas Ciceroni etiam ignoruit,
* 255. vel vocabula honoris odit.
210. SS. Borromæi , Gonzagæ ,
& Nerii . 207; 309; * 260. Je-
suitarum admirationi etiam est .
206; * 116. discit ab Inferiori-
bus. * 254. Martyrio muneratur.
* 256. ejus Gradus , discussi in
Exercitiis . * 136; & seqq..

Hypocrisis. V. *Virtutis Simulatio* .

I

IDOLA Virti , etiam religiosi , qua-
nam ? 239.

Ierusalem mysticè quid ? * 98.

JESU Nomen Jesuitas ad Virtu-
tes accendit . * 120; 192. quan-
ti a S. IGNATIO factum ? * 190.
quanti a Jesuita faciendum ? Ib.
quam temere arrogantiae Societati
datum ? * 191.

Jesuita Miles Christi peculiari ju-

re.

re. * 57. non uni addictus loco.
 * 60; 300. trifariam sequi Chri-
 stum potest. * 82. tepidus, quām
 alienus ab illo sectando? Ib. cur
 moriens, aliquando angustiis ve-
 xatur? 146; 150; * 156. unde
 ejus peccata grandescunt? 17;
 74; 79; & seqq; * 202. aliis tan-
 tum beatis, mala timere debet.
 XVIII; 191; 192; * 201; 202;
 359. sibi persuadeat posse pec-
 care. 103. piger multis de cau-
 sis exprobratur. * 74; & seqq;
 199. alienis rationis discat Aalam
 fugere. * 218. extrebas. canticē
 tractet, territus domesticis exem-
 plis. * 69; 222. longinquas Cro-
 ces dum experit, proximas am-
 piecatur. * 67. umbracilis quis?
 145; * 74. germanissimus quis?
 140; * 185; 194. sibi etiam stu-
 deat, dum studet aliis. 167; *
 200. quibus se regat dogmatis?
 * 397; & seqq. confectionem,
 & inconstantiam infectando Chri-
 sto, quomodo compenset? * 80;
 & seqq. qua via ad sanctitatem
 per-

perveniat, & perseverantiam? 166; 234; & seqq. actuosus fit, & laborum patiens exemplo Majorum. * 57; 207; & seqq. etiam senex. * 414. quibus recreetur e celo deliciis in Indiis? XXI; * 114; & seqq. doceat, quod facit: faciat, quod docet. 81. a Majoribus discat, quomodo Operariorum paucitas a Virtute compensetur? * 57; 65; 75; 208. virtutem discat & ab equalibus sui temporis. 181; * 117. Sociorum exemplo, facile patiatur domesticam frugalitatem, nimiam etiam. * 114. quas timeat suæ ruinæ causas? V. *Ambitio*. V. *Orandi studium*. Quanti faciat Virtutem? V. S. *IGNATIUS*. in igne purgatorio. V. *MARIA*. quam spem habeat de æterna salute, & de cœlesti gloria? V. *Revelatio*.

S. *IGNATIUS*, Exercitiorum auctor, præsignatus in Michæa. XIV. accusator Jesuitæ negligenter: 191; 196. præfens cogitatione-

tione Jesuitis , eos ad grandia facinora exstimulat . * 68. mirificè honorat suos , animorum studiosissimos . * 214. docet pretium Virtutis in Societate . * 413. insigni pietate celebratus a P. Isla . * 429.

*Impeccabilitas Mortalium per errorēm asserta . * 10. Moralis quando contingat ? * 18; 144. & quando pereat ? * 144.*

Impuritas. V. Libido.

*Inconstantia describitur * 388; 424.*

*Indifferētia de exteriorū salute ab Hæreticis intrusa . 52. de viis ad salutem in Exercitiis commendata - 50; & seqq; * 121. & a Kempensi . 51.*

*Industria P. Aquavivz magni habita . * 355.. a calumniis vindicantur . XXXVI; & seqq.*

Infernus, per visum spectatus, quam utilis ? 214. participat Dei misericordiam . 267. ejus admirabilis contemplator S. Borgia . 212; & seqq; 216.

*Infortunia præter culpas quam suavia ? 227. respectu Prædestina-
cio-*

tionis. V. *Prædestinatio.*

Innocentia singularis coram Christo.

* 166. *Indorum Neophytorum.*

187.

*Intentio quod dirigenda in vita? **

288. *quod in studiis? ** 406; 407.

Invidia a Societatis institutis aliena. * 299.

Ira levi de causa cuius vitium?

308. *odio est Japonibus.* 311.

Iracundum Ingenium ope Virtutis fractum. 308.

Irremissibile Peccatum. V. *Peccatum.*

Irrequieta Indoles. 163.

Judicium ante Christum atrocius morte. 169. *Universale quod finietur clausula?* 200. *Comparativum est molestissimum.* 179; & seqq. *consideratum de plurimis Jesuitarum Sanctitate beneficium.* 201., & seqq.

Judicium proprium quantum Malum? * 257. *eius durities.* * 251; & seqq.

Justitia Dei quibus expressa figuris? 215. V. *Christi Pedes.*

K

K Empensit de Imitatione quanti
habendus? XXXII. quomodo
lectitandus? * 432. memoratus
in Exercitiis. * 52.

L

L Acrimæ Bonorum dulcissimæ.
* 114.

Laxitas ficta. * 104. vera. V. Confor-
matio.

Laxitas in servandis regulis quid?
* 42. hæc quam difficilis curatio-
nis? * 46. ejus causæ, pericula, &
remedia. * 43; & seqq. Conscien-
tia. V. Conscientia.

Lectoris munus sanctè obitum. *
256.

Liberalitas erga Deum in Exercitiis
necessaria. 24. exemplo Dei in-
nos. * 390. quam utilis? CVIII.
Ejus defectus. V. Moribundas in
Promissis. V. Promissa.

Libertas magnum bonum. 244. Ar-
bitrii quomodo figurata? 246;
272. Ejus affectatio quid? 291.

Bo-

Bonorum est propria. 288.

Locorum mutatio fallax. 131.

Lucifer quo fruatur comitatu? V.

Milites, quomodo tractet suos?

V. *Bona.*

Lumen cælestis quale, & quotum?

* 274; & seqq. *Gloria,* quid? *

* 275. *Pænale,* quid? 259.

M

Magnanimitas Apostolica quænam, & quanta? * 61; & seqq. Iesuitæ necessaria. * 408. quibus fovenda dogmatibus? 134; * 60; 354.

Mala se&tantis Christum sunt mera Bonæ. * 111; & seqq.

Mali omnes servi. 288. cautè ab Apostolico etiam Viro tractandi. * 68; & seqq.

MARIA Esca ad lucrandos Deo Malos. 224. Mortalibus Mater a Christo testamento relata. * 244. occurrit Cælam introeundi. * 269. postulat, ut stemus promissis. * 392. quomodo colenda? * 429. P. Federicum hortatur, ut se ipsi trah-

annis eodem tempore Panormi a Jesuitis viginti circiter Hominum Ordinibus traduntur. XC. Plusquam decem Exercitiorum Domicilia in Sicilia a nostris exercitata. Ib.

Exercitiorum Methodus, Exercitia in quo digesta sunt Hebdomadas? III. *integra* quo postulant dies? LXXIV. *Integra* quam utilia? LXXXVI. & quibus tradenda? LXXXV., & seqq; de Exercitiis octodiorum. LXXV; LXXXIII. de Fine primæ Hebdomadæ. LXXIV. non eadem omnibus tradenda. LXXXIX; quem tandem spectent Perfectionis gradum? * 137. eorum machina admirabilis. XXIX; * 159., 305; & seqq; quam solicite peragenda? 20; 188; * 183. moderate tamen. CV. affectudine enervantur. XXVI. exempla, quæ spectant ad Exercitia ipsa, in Exercitiis usurpantur. LIII. Exercitiorum Tractatores aliquot insignes. XXXIII; LXXI. de ratione ea tradendi. XLVII;

XLVII; & seqq; LXXVI; XCIV.
Eorum periti consulendi . LXXXI.
quid permittitur Exercitiorum
Magistro? 67. Hic cur aliquando
finem frustratur suum? LXXXVII;
& seqq.

F

Elicitas vana . 228. mala Pec-
cantis . 106; & seqq; * 101; &
seqq. Domitoris animi sui . * 353.
Fictiles Evanglica cur seculi da-
mnata? 183. **P**roli Prodigii viva imago . 301; &
seqq. oratiacula quam perfe-
cta? 297. Parabola quomodo
inducta in Exercitia? 280.
Finis Ultimus etiam ab Ethniciis
dicitur : **F**undamentam . 32. mira
diuturnitate consideratus . 33.
recogitatus est utilissimus . 41.
55. , & seqq; 59. certus, ac de-
finitus Ethnicos latuit . 37. quo-
modo in Exercitiis consideran-
dus? 34.
Faemina , tanquam prima Mundi
ruina , recogitetur . 78. studio-
scè

sé cavenda. * 398. canticè tractanda. V. *Oculorum custodia*.
Pornitudo Apostolica quænam, &
quanta? * 64., & seqq. respe-
ctu Jesuitz quibus nixa funda-
mentis? * 67.

G

Gloria Majorum sprobro est Je-
suitis ingloris. * 118. quomodo
 paranda? * 274.

Gratus animus quod haber gradus?
 * 196. quod aberior exhibetur Deo,
 hoc erudit obligator. * 212.

H

Hereses qua Matre genitæ? *
 254. qua Ob&scenice editæ?
 Ib. qua ratione adoltæ? 126.
Heroica opere maximè facienda. *
 417., & seqq.

Herorum memoria imitationem suadet. * 84; 347.

Historia, præsertim domestica, uti-
 lissima. LI., & seqq; 98. Jesuici-
 ca valde estimanda. * 409. in
 ea multum versatas P. Monto-
 ya.

ya. LII. propriæ Historiæ fasti-
dium probro est , & damno. *

131. Historiæ rerum suarum
quam parum soliciti Majores no-
stri? * 194.

Humilitas Ciceroni etiam ignoruit,

* 255. vel vocabula honoris odit.

210. SS. Borromæi , Gonzagæ ,
& Nerii . 207; 209; * 260. Je-
suitarum admirationi etiam est .

206; * 116. discit ab Inferiori-
bus. * 254. Martyrio muneratur.

* 256. ejus Gradus , discussi in
Exercitiis . * 136; & seqq.

Hypocrisia. V. *Virtus Simulatio* .

I

IDOLA Virti , etiam religiosi , que-
nam ? 239.

Jerusalem mysticè quid ? * 98.

IESU Nomen Jesuitas ad Virtu-
tes accendit . * 120; 192. quan-

ti a S. IGNATIO factum ? * 190.

quanti a Jesuita faciendum ? Ib.

quam temere arrogantiaz. Socie-
tati datum ? * 191.

**Jesuitæ Miles Christi peculiari ju-
re.**

re. * 57. non uai addictus loco.
 * 60; 300. trifariam sequi Chri-
 sum potest. * 82. tepidus, quām
 alienus ab illo sectando? Ib. cur
 moriens, aliquando angustiis ve-
 xetur? 146; 150; * 156. unde
 ejus peccata grandescunt? 17;
 74; 79; & seqq; * 202. aliis tan-
 tūm bonus, mulea timere debet.
 XVIII; 191; 192; * 201; 202;
 359. sibi persuadeat posse pec-
 care. 103. piger multis de cau-
 sis exprobatur. * 74; & seqq;
 199. alienis ruinis discat Anlam
 fugere. * 218. exteros caute
 tractet, territus domesticis exem-
 plis. * 69; 222. longinquas Cru-
 ces dum experit, proximas am-
 plectatur. * 67. umbratilis quis?
 145; * 74. germanissimus quis?
 140; * 185; 194. sibi etiam stu-
 deat, dum studet aliis. 167; *
 200. quibus se regat dogmatis?
 * 397; & seqq. cunctationem,
 & inconstantiam in sectando Chri-
 sto, quomodo compenset? * 80;
 & seqq. qua via ad sanctitatem

per-

perveniat, & perseverantiam? 166; 134; & seqq. actuosus fit, & laborum patiens exemplo Majorum. * 37; 207; & seqq. etiam senex. * 414. quibus recreetur e celo deliciis in Indiis? XXI; * 114; & seqq. doceat, quod facit: faciat, quod docet. 81. a Majoribus discat, quomodo Operariorum paucitas & Virtute compensetur? * 57; 65; 75; 208. virtutem discat & ab equalibus sui temporis. 181; * 117. Sociorum exemplo, facile patiatur domesticam frugalitatem, nimiam etiam, * 114. quas timeat suæ ruinæ causas? V. *Ambitio*. V. *Orandi studium*. Quanci faciat Virtutem? V. *S. IGNATIUS*. in igne purgatorio. V. *MARIA*. quam spem habeat de aeterna salute, & de cælesti gloria? V. *Revelatio*.

S. IGNATIUS, Exercitiorum auctor, præsignatus in Michæla. XIV. accusator Jesuitæ negligenter: 191; 196. præfens cogitatione-

tione Jesuitis , eos ad grandia facinora exstimulat . * 68. mirificè honorat suos , animorum studiosissimos . * 234. docet pretium Virtutis in Societate . * 413. insigni pietate celebratus a P. Isla . * 429.

Impenitentia Mortalium per errorēm asserta . * 10. *Moralis* quando contingat ? * 18; 144. & quando pereat ? * 144.

Impuritas. V. *Libido*.

Inconstans describitur * 388; 424.

Indifferētia de æterna salutē ab Hæreticis increta . 52. de viis ad salutem in Exercitiis commendata - 50; & seqq; * 121. & a Kempensi . 51.

Industria P. Aquavivz magni habita . * 355.. a calumniis vindicantur. XXXVI; & seqq.

Infernus, per visum spectatus, quam utilis ? 214. participat Dei misericordiam . 267. ejus admirabilis contemplator S. Borgia . 212; & seqq; 216.

Infortunia præter culpam quam suavia ? 227. respectu Prædestina-
cio-

tionis. V. Prædestinatio.

Innocentia singularis coram Christo.

* 166. *Indorum Neophytorum.*

187.

*Intensio quò dirigenda in vita? **

288. *quò in studiis? ** 406; 407.

*Invidia a Societatis institutis aliena. ** 299.

Ira levi de causa cuius vitium?

308. odio est Japonibus. 311.

Iracundum Ingenium ope Virtutis fractum. 308.

Irremissibile Peccatum. V. Peccatum.

Irrequieta Indoles. 163.

Judicium ante Christum atrocius morte. 169. Universale qua finetur clausula? 200. Comparativum est molestissimum. 179; & seqq. consideratum de plurim Jesuitarum Sanctitate bene meritum. 201., & seqq.

*Judicium proprium quantum Malum? ** 257. ejus durities. * 251; & seqq.

Justitia Dei quibus expressa figuris? 215. *V. Christi Pedes.*

K

K Empensis de Imitatione quanti
habendus? XXXII. quomodo
lectitandus? * 432. memoratus
in Exercitiis. * 52.

L

L Acrima Bonorum dulcissimæ.
* 114.

Laxitas ficta. * 104. vera. V. Conso-
lacio.

Laxitas in servandis regulis quid?
* 42. hæc quam difficilis curatio-
nis? * 46. ejus causæ, pericula, &
remedia. * 43; & seqq. Conscien-
tia. V. Conscientia.

Lectoris munus sanctè obitum. *
256.

Liberalitas erga Deum in Exercitiis
necessaria: 24. exemplo Dei in-
nos. * 390. quam utilis? CVIII.
Ejus defectus. V. Moribundas in
Promissis. V. Promissa.

Libertas magnum bonum. 244. Ar-
bitrii quomodo figurata? 246;
272. Ejus affectatio quid? 291.

Bo-

Bonorum est propria : 288.

Locorum mutatio fallax. 131.

Lucifer quo fruatur comitatu? V.

Milites, quomodo tractet suos?

V. *Bona.*

Lumen caeleste quale, & quotum?

* 274; & seqq. *Gloriae, quid?* *

275. *Penalē, quid?* 259.

M

Magnanimitas Apostolica quænam, & quanta? * 61; & seqq. Jesuitæ necessaria. * 408. quibus fovenda dogmatibus? 134; * 60; 354.

Mala se&tantis Christum sunt mera Bonæ. * 111; & seqq.

Mali omnes servi. 288. cautè ab Apostolico etiam Viro tractandi. * 68; & seqq.

MARIA Esca ad lucrando Deo Malos: 224. Mortalibus Mater a Christo testamento relata. * 244. occurrit Cælam introeundi. * 269. postulat, ut stemus promissis. * 392. quomodo colenda? * 429. P. Federicum hortatur, ut se ipsi tra-

- tradat totum. **CVII.** irritis votis
in Tartaro expedita. 221. studet
Eruendis Jesuitarum animis ex
igne purgatorio. * 167. Exerci-
tiorum Inventrix. 2.
Martyres Fidei, & Caritatis e So-
cietate. * 209. **Martyrum Sod-**
litia in Japonia. * 343.
Martyrium Rogi ardencissime expe-
titum a viginti millibus Neophy-
torum. * 342. ejus exquisissima
Pompa. * 344.
Medicus etiam animi plenissime
agrotum praesocras. 275.
Meditatio utilissima. **CVIII.** quan-
nam, & cur dicitur in Exercitu:
Contemplatio. LXXXIX. necessaria.
V. Orandi studium.
Milites Christi in tres classes distin-
cti. * 119. & valde pauci, nec
omnes boni Milites. * 71; 119.
Luciferi quamplures. * 71. Formi-
dolosi a Deo e militia ejectedi. * 77,
indigni Christo Dyce. * 78.
Misericordia Divina opus opera-
tur. * 195. Dei erga scelestissi-
mos quodq; 299. etiam locum

hzc

hæc habet in Tartaro. 267.

Moderator in Religiosa Familia in quo adumbratus? 276. *religiosissime honoratus.* * 430. *nimiris lenis disciplinæ pernicioſus.* * 171. *in eum Averfio.* * 175; & seqq.

Modestia oculorum admirabilis. 36. * 293. *in Exercitiis, incredibilis.* 21.

Morbi corporis facile credendi. * 88. *fictitii exſibilandi.* * 85; & seqq. *hi quam sagaciter sanandi?* * 87; 89. *Animi, quando præferuntur curandi?* XXXVI; & seqq; & *quomodo?* XCI; & seqq; * 356; & seqq.

*Moribundus consideratus a S. Franci-
ſco Affiliate.* 173. *etria experietur
gravia.* 149. *anteactam vitam sub
quo spectabit lumine?* 175; * 152. *avarus erga Deum in vita, anxiè
morietur.* * 157. *tepidus.* V. *Tepiditas.* *sancius.* V. *Viaticum.* *sur-
dus Deo.* V. *Voces Dei.*

Mors per ſe indifferens. 136; 158; & seqq. *Viris etiam Sanctis terribilis.* 149. *utiliter recogitatur.* 154; & seqq. *angustiis vexata in-*
P. Mar-

P. Marque. 147. triplicem postu:
lat præparationem. 153; & seqq;
161. fructuosus Mortis, & Vitz
Circulus. 154. Nota Amoris. V.
Amor. ejus tentationes. V.
Tentationes.

Mors Bona qua ratione dici queat;
Sub meritis cadere? 151; 161. nun-
quam improvisa. 118. Hominis,
propositorum tenacis. * 382. ejus
electio. 152; & seqq; 161.

Mors Bona Jesuitarum ad Societa-
tem invitat P. de Vannos. 141.
quibus virtutibus tribuenda?
143; & seqq. egregiis exhibitu
exemplis. 142; & seqq; 152; * 126
17; 20; & seqq; 29; 153; & seqq.

Mors Mala semper inopinata. 118.
Luthero 127. Emilio. 128. Oc-
cindono. 148. Juliano. 149. cui-
dam Novitio. V. *Novitii*.

Multitudo in agendo est declinanda.
197; * 414.

Munera sancte obeundi Industrix,
* 68; 438.

N

Nationis nimius Amor tempe-
randus . 311; * 60. præser-
tim Jesuitæ. * 61. in illar morbi est.
* 64. & nævi generalis. * 298.

Negligentia quid? * 43.

Negotia profana a Christi Milite
aliena . * 63.

Nomen gloriosum , operibus non
respondens , præbro est. * 127.
JESU. v. JESU Nomen.

Nosocomia Panormitana : animis
Exercitiis excoluntur a Nostris.
XC.

Novitates ad firmandam discipli-
nam tolerandæ , exemplo Christi.
* 247.

Noviss Societatis assuescunt præ-
dandis Christo Animis * 192.
Fervidi torpidorum exprobrant
desidiam. 182; 184. Novitus
quidam , primùm peccans , fu-
nestissima percucitur morte. 121;
& seqq.

Nuncia omnia in Exercitiis abigen-
da . 22. *Politica* a Jesuita aliena.

164.

X

Ob-

O

Obduratio quid? 113; unde or-
ta? * 253. ejus gradus. 113;
&c seqq. propria Hebraeorum, &
Dæmonii. * 252; &c seqq. diffi-
cile curatur. * 255. quid nobis
demonstrat? 117. Ejus Exempla.
125; 128; 148; 149; 234; &
seqq.

Obedientia Jesuicæ morienti ipero-
sa. 143. Christus stat. prelio
mortis. 148; &c. Q. a Lotha-
ringia. 11b. cap 2. 129. sup-
plicii metu exhibita. Ib. ad eam
heroicae animi preparatio. * 179.
Ejus preciosa. 133. docilitas.
129. errores. 128; & seqq. mi-
racula. V. *Ægrotus*. & Episto-
la. V. *Epistola*.

Oblatio sui in Exercitiis. * 151.

Observantia Regularum. V. Re-
gula.

Obstinatio. V. *Obduratio*.

Occasiones quomodo figuratae? 106.

Oportunitas in Beneficiis. * 323.
in Dei Vocatione. Ib; & seqq;

ac-

neglecta exitio est. 226.

Orandi studium necessarium Jesuitæ. 62; * 206; 399. & *Evangeliico Praeconi.* LXIX; & seqq; * 427. plures impetrat victorias. * 371. utilissimum. V. *Prædestination.*

Oratores Sacri multi pereunt. LXVIII. *Apostolici, quibus fungi debent partibus?* 1b; & seqq.

Originalis Justitia. 8.

Oijum indignum Religioso. Viro. * 87. *præsertim Jesuitæ.* * 75; 76. *ex miro etiam ostento.* CII.

P

Parabolæ Exercitiorum. * 3.

Paradisus quomodo figuratus?

* 268; 272; & seqq. & amandus?

* 283. & prægustandus? * 285;

& seqq. & acquirendus? * 282;

& seqq. & accelerandus? * 166. &

seqq. Ejus jactura est acerbissima omnium pœna. 221. & via. V. *Via*

Cæli.

Parentes a Christi Milite non amandi. * 63.

Parva accutationem petunt. * 387.
magnis quandoque rebus com-
modant. * 44; 47.

Patientia heroica. * 410.

Patria nimis amata. V. *Nationis
nimius Amor.*

Patrocinia abominanda. * 412.

Paupertas perfecta in quo consi-
tit? * 64. quam jucunda p. a
Lotharingia? * 114. exulta an-
niversaria utensilium amputatio-
ne. 243. hæc autem sapientia in-
stituenda est. * 441. amata Au-
læ in media. * 348?

Panperum domicilium Panormi
quotannis a nostris exultum
Exercitiis. XC. quomodo invi-
sendum? * 441.

Pax quid? * 296. dominus, & ci-
vitatis quid? 131. quanti facien-
da? * 297.

Peccans similis monstro. 76. Da-
monio horribilior. 75. Phrenet-
icus. * 105. omnino inexcusab-
ilis. 192; & seqq. fictè latus. *
101; & seqq.

Peccatum quam violenter irritat
Df-

Deum? 223. Ultimum. 120. Unicum severissimè punitum. 121; & seqq. quid ex hac severitate eruendum? 123. Lethale respectu Finis. 66. Irremissibile. 116. pœnale. 105; & seqq; 108. posterius cur priore gravius? 108. quomodo a Deo dissimuletur? * 322. magno est horro-ri Susannæ. 260. majori est Eleazar. 213. maximo autem Josepho. * 18. horror peccati, commissu facilis. * 301. Peccatorum accumulatio horribilis. 111. minutum licet, valde pernicio-
sam. * 15. respectu Prædestina-
tionis. V. *Prædestinatio*.

Peccatorum omnium reus speret mi-
sericordiam. 299; & seqq. licen-
tia effrænata. 104; & seqq; 124.
Loca. 176. recitatio coram Chri-
sto; 174; & seqq.

Perfectio Hominis. 51; * 289; 305;
411. Servi Christi. * 339. pro-
pria valde cordi sit Jesuitæ.
167; * 200. Caritatis. * 398.

Perfectioris Virtutis Studium, ar-

duo voto, firmatum . 180. con-
silia etiam servanda. * 45.

Perfectus Vir quam fagaciter se cu-
stodit? * 43.

Pericula sibi honori det *Religiosas*
Vir. * 78.

Persecutio excitata a Fratribus in
Religiosa familia quam atrox?
311.

Pertinacia. V. *Judicium proprium*.
V. *Obstinatio*.

Pestilentia Messanensis plures Jesui-
tas in Caritatis Victimis nuper
confectavit. 182; * 209.

Pigritia Jesuitæ. V. *Jesuita*.

Plausus popularis periculosus . 209.

Pœna index culpæ . 84. paucorum
multos erudit. 119. *Spiritualis*.
105; & seqq. *Damni* in Tattaro.
258. *Immobilitatis* . 264; & seqq.
laxissimæ peccandi habenæ . 104;
& seqq; 124. *Damnatorum* ad
Tatarum plausu excepta . 266.
in sociis criminum Rebellem
expugnat. 89; & seqq.

Pœnitentia Corporea. V. *Corporis
afflictio*.

Ph.

Politica. agendi ratio inimica disciplinæ. * 43.

Prædestinatio juvatur ab infortuniis.
54. a precibus. * 206. a peccatis etiam aliquando. 45. ejus nimia solicitude. * 18; 28; 39; 350; 353.

Prælatio in beneficiis quanti habenda a Viro Religioso? * 73; 315; * seqq.

Præmium speratum quam utile? * 260; 348.

Præparatio ad Exercitia XCVIII;
CVI ad sancta tractanda XXXIX.
ad negotia. CX. i. ad Mortem. V.
Mors.

Principum familiaritas quomodo temperanda? * 69.

Promissa Deo dicanda . . . * 364;
& seqq. scripto excipienda. 310;
* 367; 384. lectitanda. * 385.
quas petant virtutes? * 366;
369; & seqq; 374; & seqq; 380.
387; & seqq; 391; & seqq. generalia parùm utilia. * 386. si violentur, quid agendum? * 393.
quid in eis servandis spectandum?
* 386. cur difficilis executionis?

- * 361. aliquando Infideli expro-
brandia . 190. custodita , latam
pariuat mortem . * 382.
Providentia Divina, cænato re-
rum ordine , gubernat . XXIX.
quomodo inevitabilis , salva Li-
bertate ? 48 .
Prudentia Apostolica * 68; &
seqq; *Romanorum* . 267.
Pudicus quiam causus lingua ? 81.
Purgatio omnia bus necessaria .
XX; XLIII.
Purgatorius Ignis quām atroc ? *
161. pac antiqua amori Mundi
* 265. Ei oðnoxii vel Virti San-
cti . * 383; 165. Ex eo liberati
Animi , Liberatorem in Cælum
euntem conseruantur . * 293. re-
specta Jesuitæ . V. *Zelus Jesuicæ*.
V. *MARIÆ*.
Puritas una e duabus parteibus San-
ctitatis . CV. loco Castitatis . V.
Castitas. V. *Pudicus*.
Pusillanimitas dedecet Jesuitam . *
* 143. ejus indoles , causæ , peri-
cula , remedia . * 349; & seqq.

Re-

R

Regnum Christi: quomodo recuperatum? * 53; & seqq.
Ejus meditatio: quanti valeat in Exercitiis, * 49.

Regulæ quid? * 41. earum etymon. Ib. duplicitis generis sunt: * 42. minutæ diligentiam petunt: * 443. earum contemptus: * 44. hic quām exitiatis? * 43. contra eas, & Institutum Societatis Tentatio. * 129; & seqq. Ad eas declinandas tepidus causatur sepe impossibilitatem. 195. * 143. Earum neglegētus. V. *Laxitas*.

V. *Politica*

Religioſi Vici quatuor in classes diligenti respectu Exercitiorum. LXXX; & seqq. eorum felix Status. * 73. licet status Militiae sit. * 127. in Aula quibus se regant dogmatiſ? * 222.

Renovatio Vite. XLIX; 155.

Reprehensio qua sit indole? LXIII; LXVI.

Respectus ad Hominum dieteria con-

490

temnendus . * 77; & seqq; 222;
284; 361; 389.

Revelatio de aeterna salute P. Ga-
stelli. * 22. Mederii , nondum Jo-
suitæ . * 19. Sociorum Collegii
Metinensis . Ib. omnium Jesuita-
rum. 238. & subiectorum S. Ro-
berti Abb. * 158. de Occursu
Christi Jesuitis ; Cælum sacerdenti-
bus . * 291; & seqq.

Ritus peragéntis Exercitia. 23. Mali
Hominis . * 103. Viri Sancti . * 114;
116. Jesuitæ morientis . 143.

Ruficello sancte obecunda . * 446; &
seqq.

S

Sacerdotes desides . * 74.

Sacra res quanti habenda ? * 73.

Sancti . V. Cælitæ .

Sanctitas quibus constat partibus ?

CV. Reipublicæ non infascatur a
paucorum malitia . * 134. ejus
gradus . * 136; & seqq.

Sapiens quis ? 31; 41. quisquis est
in arte sua . 6.

Scandalum quam grave ? 47; 80.

Je-

Jesuitæ gravissimum, Ib; & seqq;
 * 202; 203; 206. Parentum, mi-
 rum est, si in posteris non peren-
 net. * 177. mirè compensatum. *
 173. atrociter punitum, 78; &
 seqq.

Scientia æternæ salutis quægati va-
leat? 50. rerum domesticarum.
 V. *Historia.*

Scriptura Divina Hebreis noxiam,
 aliis per ipsos utilis. XIII. profa-
 nata magno est infortunio. LXVII.
Scrupulositas sibi non coactans. *
 354. ejus causæ, pericula, re-
 media, & regulæ. * 313; 350; &
 seqq.

Securitas nulla est de peccatorum
 Venia. * 9. 23. nulla de Perseve-
 rantia. * 10. nulla de æterna
 Salute. * 11.

Sensuum custodia insigni firmata
 proposito. 20.

Serma religiosus. * 205. impudicus.

* 147.

Servi Christi, & Mundi quam diver-
 sam serviant servitatem? * 217.

Silencium tempore Exercitorum.

23. loquax in pœnitente. 298.

*Similitudines utilissimæ. XXXIV;
LIV; & seqq.*

*Singularitas discipline noxia. ** 148.

*Societas JESU quando divisus
adumbrata. S. IONATI? ** 93.

peculari jure est Vexilli Christi.

*Ib. Vexillifera Christi si Tereſia
repræsentator. Ib. dicitur: Vexil-
lum Christianæ Militie. ** 94.

*& Pontificia Cobors. * 124. & Bra-
chium Dextrum Sedis Apostolicæ.*

** 402. & Ordo Luminis. 196. &
Auxiliaria Episcoporum. * 185.*

*præclaris aliis elogiis concele-
brata. * 58; 66; 74; 124-401; &
seqq. & magnifica opinio apud
omnes Ordines. * 130. quam la-
boriosa, & sanguinis prodiſ A.*

M. D. G., & ad luora animorum?
** 56; & seqq; 291. etiam ex Pon-*

*tificio oraculo. * 308. cur a Deo
potissimum instituta? * 292. qua-
tum a Jesuita amanda? * 400. &*

*seqq. & quomodo? * 404. qua-
tum amata a P. Codacio? * 72.*

cur aliquando a quibusdam suis

pon

non magni frat? * 130; & seqq.
 huic depravatæ opinioni quomo-
 do medendum? * 133; & seqq.
Ejus Persecutiones. * 59; & me-
 moria* 60; 72. & desertores 142;
 234; & seqq; * 71; 135. & candi-
 dati. 188; * 73; 260. & Patroni
 quidam. * 6; 138; 185. & odiam
V. Apostata. & Nomen. V. **3E-**
SD Nomen. & Historia. V. **Hi-**
storia.

Sociis criminum dispari modo a Deo
 tractati. 765 * 319. in Tartaro,
 maximo sunt tormento. 219.

Solicitudo quid? 195.

Spes salutaris, quibus in rebus versa-
 tur? * 16. quibus præsertim nititur
 fundamentis? * 20; & seqq. Ejus
 cum timore Societas, & æquili-
 britas. * 24; & seqq. & laudes.
 257.

Studium quid? * 203. partium, quam
 noxiæ? 197. Literarum, quanti
 faciendum a Jesuita? * 405; 406.
 & quo fine instituendum? * 406;
 407.

Superbia. V. **Ambitio.** V. **Hæreses.**
 V. **Humilitas.**

Su-

Supererogationis opera magni facienda. * 411.

Saperior. V. Moderator.

Susurratio abominabilis in Societate. * 302.

T

Tenebra tempore Exercitiorum.
21.

Tentationes a peccatis non excusat.

194. graves in morte Virorum etiam sanctorum. * 155. deficiunt aliquando in perniciem.
109.

Tepiditas quid? 94. vel tenuis, pestilens est. * 159. horrore sic Jesuitæ. * 151. Ejus indeoles. 148; * 141; 143. & damna , atque pericula. 96; * 45; 140; 144; 149; 150; 152; & seqq; 168; & seqq. & remedium , divinitus traditum. * 151. & exempla horrida Jesuitarum. * 149; & seqq; 168; & seqq.

Timor supplet amorem. 71. ad hunc via est. 270. etiam viris sanctissimis necessarius. * 10. salutaris, qui-

quibus præsettim in rebus vèr-
satut? * 9. ejus Societas , & æqui-
libritas cum spe : * 24; & seqq;
& effectus præcipitus : * 14. mo-
ribundos , etiam sanctos , afficit.
149; * 6. & V. Mors bona. V. Mors
bona Jesuitarum .

Tiro. V. Novitii.

Tirocinium. sæpe aderendam. * 415.

Tribulatio. V. Crux. V. Infortia.

Tristitia noxia in Dei Servis. * 349.
ejus caute , pericula , remedia. *
350; & seqq.

Turbulentum ingenium quale? * 302;
quam noxium? * 297; & seqq.

V

Verbum Dei auditum efficacius,
quam lectum. C. profanatum.
V. Scriptura Divina.

Verecundia magni facienda. * 145.

Vestis religiosa Religioso Viro ma-
lo est probro. 189.

Vexilla Christi , & Luciferi' dispa-
gaudent comitatū . * 71. eorum
Meditatio a Patribus præsignata.
* 98. & quam utilis. * 92. V. So-
cie-

cetas JESU. vexilli Christi se-
 stator imperterritus * 125; &
 seqq. *V. Jesuita.* *V. Societas JESU.*
Via Cæli media timorem inter y &
 spem. * 7. quadripartita eis. *
 290. ad Virtutem triplex. IV; &
 seqq; IX; & seqq; quomodo hæc
 via spectetur in Exercitiis? *V.*
Exercitiorum Methodus. *V.*
Vocationis respectu moribus. San-
 cti. 141. 142. p. 2. 2. 2. 2.
Vindicta heroico senatu repressa.
 * 421; & seqq. novo procurata
 modo. 47. A. 2. 2. 2. 2. 2.
Virgines evangelicæ cura quædam.
Patua? 232. 233. 234. 235.
Virtutis simulatio ab etiñicis etiam
 vita peratur. 274. 275. 276.
Visitationes Religiosi Viri. * 211.
 erga Eucharistiam. *V. Eucharis-*
tia. 211. 212. 213. 214. 215.
Vita peccatum damnatis ad Tarta-
 rum obstrusa. 259; & seqq.
Vita communis quanci facienda a
 Jesaitis? 243. 291; 409; & seqq.
Regula Mortum sit Religioso Vi-
 to. * 47. 201. 202. 203. 204.
V.

Virtus facilius, quam *Virtus* disti-
tut. * 437. præcipuum, studio-
se delendum. **C.I.**

Unio cum Deo una e partibus san-
ctitatis. **C.V.** eius defectus causa
discordia. * 69.

Vocatio preces quomodo recitandæ
* 43 et ante festolam? * 435; &c seqq.
Vocatio ad religiosa claustra fundis
funesta. * 46; 227. ad Societatem,
plena amoris, & patientiæ. * 80.
congrua. * 323.

Voces Dei internæ exterrnis quibus-
vis præstant. **XLIX.** sine mora
exaudiendæ. **CIII.** obstinatis per-
nicioſæ. 16. præsertim morien-
tibus. 148; 149.

Voluntas Dei semper a Jesuita spe-
ctanda. * 288. præsertim in
delectu Instrumentorum ad fa-
litem æternam. 50. * 121. pro-
pria, Deo permittenda. **CVIII.**

Volupras prava quam misera? 231.

V. Bona. V. Creatæ res.

Vota Statū Religiosi ad quænam
obligent? * 112 fidelitatem pe-
tunt. * 391; 392. heroica. *v.*

Creæ-

*Grecis, per. Yrs. Perfectioris. Vir-
tutis studium.
Usus frequens Exercitiis noxius.*

XXVI.**Z**

Zelus in Christo . * 187; 195;
293; & seqq. in Viris Sanctis .
* 188. Jesuitæ . 89; * 207; &
seqq. etiam erga animos in igne
purgatorio. * 167. ip Stoicis. * 207.
Quas postulat virtutes? LXIII; *
61; & seqq; 202. ejus faces . *
211; & seqq; 409; & præcium . *
195; 212; & utilitas. 144; * 234.
& negligens. 191; & seqq; * 197;
& seqq. omnium præceptis. XXV;
* 393. ab amore nascitur. * 311. fa-
cile exadijheroicus. * 419. zelum
spirant omnia Jesuitæ munia . *
196. pro disciplina . * 399. in
Novitiis Societatis. V. Novitiis,
erga præmissa. V. Promissa .

F I N I S

Principia Errata sic corrigē:

Pag. lin.

119	20	militem	militum
146	18	(Nazarai)	Nazarai
		ejus)	ejus (
178	10	viciatio	vitiato
204	8	Christi	Christo
206	13	duabus	duobus
215	2	IGNATII	IGNATIO
216	3	circumvolu- tantis.	circumvolti tantis.
286	21	deficiat	deficiet
343	1	Jesuitra	Jesuitæ
353	23	Sextum	Sextam
365	16	dextorum	dextrorum
379	1	accident	occident.
396	3	apprim	appime.

Addenda, & mutanda sic lege:

22 ult. n. 8. n. 9.

66 12 pro Fidei Chri- pro Fidei Chri-
stianæ stianæ defensio-
ne

232 21 ei ipsi

353 14 Tertiam Quintam

Digitized by Google

Digitized by Google

